HAMZAE ISPAHANENSIS

ANNALIUM

LIBRI X.

EDIDIT

I. M. E. GOTTWALDT

DR. PHIL.

TOM. I. TEXTUS ARABICUS.

PETROPOLI

SUMTIBUS EDITORIS.

LIPSIAE

IN COMMISSIS APUD LEOPOLDUM VOSS.

MDCCCXLIV.

LIPSIAE, TYPIS GUILIELMI VOGELII, FILII.

VIRO

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

DEMETRIO BUTURLINO

Aug. Imperat. Omn. Russ. ab interioribus consiliis, Imperii Concilii Collegae, Bibliothecae Imperialis Publicae Directori, Senatori, Ordinum Russ. Aquilae Albae, S^{tae} Annae I^{mae} Cl., et S^{ti} Wladimiri II^{ae} Cl., Francogall. Legion. Honor. Magn. Cruc. et S^{ti} Ludovici, Boruss. Pro Merito, Hispan. Caroli III, Badens. Leonis Zaehring.
etc. etc. etc.

D. D. D.

EDITOR.

Praefatio.

Facile temerarium consilium cepisse videar, qui Hamzae Ispahanensis Annalium editionem postea molitus sim, quam Sacyi, viri illustrissimi, iudicium de iis exstitit *): id enim fidem ac veritatem scriptoris, utpote qui sibi ipsi contradicat ac fabulas narret, non modo suspectam reddidit, sed paene subvertit. Demonstratis, quod quidem putabat Sacyus, erroribus eius ac negligentia, iudicium illud eo gravioris momenti erat, quo maiore auctoritate utebatur iudex, in quo veritatis studium eruditionis altitudinem adaequabat. Actum igitur erat de Hamza, si illius viri, qui in scientia linguarum ac rerum Orientis vix

*) Cf. Mémoires de l'Institut, tom. X. pag. 1. — Reiskius (Prodidagmata etc.) Hamzam non mitius perstringit, offensiones tamen non singulatim persequitur. Defensionem eo magis missam facimus, quod argumentis Sacyi infirmatis et Reiskiana vi sua destituuntur. Idem cadit in ea, quibus Perronius (Journ. Asiat. 1838) Hamzam vituperavit.

ulli cedebat, sententia vicisset. Verum hic animadvertendum est, eum Hamzae opus ex uno tantum codice cognitum habuisse, cuius non nisi aliquot partes, eaeque lacunis et mendis foedatae, in lucem erant prolatae. Hinc intelligitur, culpam non in iudice residere, sed in fragmenta parum accurate vulgata transferendam esse. — Contigit mihi, ut, quos solos in bibliothecis Europaeis exstare sciebam, codices duos in usum meum convertere possem: alterum, qui clarissimi Habichtii, mei quondam in lingua Arabica magistri, fuit quemque per illius humanitatem transscribere mihi licuit; alterum Lugdunensem, quem Weyers, vir egregius, nobis, proh dolor! nuper ereptus, qua erat erga me benevolentia, comparandi causa mihi permisit. Quo factum est, ut nunc demum diiudicari possit, sitne Ispahanensis ille fide aliqua dignus, an prorsus nugatoribus annumerandus.

Iam opus erit, pluribus demonstrare, quae pronuntiavi, atque diluere, quae Sacyus Hamzae exprobravit; itaque ea tantum pertractabo, quae revera inter se pugnare videntur, praetermissis, sicuti Sacyus fecit, erroribus, quos Hamza cum aliis rerum scriptoribus communes habet. Ingenue tamen et aperte fateor, defensionem hanc ab omni parte integram non fore, tum

quod propter codicum paucitatem verum vel divinando eruere non ubique licet, tum quod adversario tam gravi et inter accuratos accuratissimo doctrina impar sum.

Rerum cardo in regibus Hirensibus versatur, neque solum in regnis singulorum, sed etiam in numero annorum, per quos illud regnum ab initio usque ad eversionem stetit. Ut igitur fundamentum habeamus, quo disputatio nostra nitatur, primo regum Hirensium tabulam synchronisticam, e codice Habichtiano depromptam, dabimus.

Malec ben Fahm		Regibus Aschghanidis
Dschadimah Leprosus	60 annos	regibus iisdem (60 ann.)
Amr ben Adi	118 ann.	regibus iisdem 95 ann.
		rege Ardaschiro 14 a. 10 m.
		- Schabure 8 a. 2 m.
Amrulcaïs ben Amr	114 ann.	- Schabure 23 ann.
		- Hormuz 1 a. 10 m.
		- Bahram I 9 a. 3 m.
		- Bahram II 23 a.
		- Bahram III 13 a. 6 m.
		- Narse 9 a.
		- Hormuz II 13 a.
		- Schabure II 20 a. 5 m.
Amr (II) ben Amrulcaïs	60 ann.	. eodem 51 a. 7 m.
		- Ardaschiro II 4 a.
		- Schabure III 4 a. 5 m.
[Aus	5 ann.	-- Ardaschiro II 5 a.]

Amrulcaïs II	21 ann. 3 m.	rege Schabure	5 a.
		- Bahram IV	11 a.
		- Jezdegerde I	5 a. 3 m.
Noeman I	30 ann.	eodem	15 a. 8 m.
		- Bahram Guro	14 a. 4 m.
Mondhir I	44 ann.	. eodem	8 a. 9 m.
		- Jezdegerde II	18 a. 3 m.
		- Phiroze	17 a.
Al Asvad	20 ann.	- eodem	10 a.
		- Balascho	4 a.
		- Cobade	6 a.
Mondhir II	7 ann.	- eodem	7 a.
Noeman II	4 ann.	- eodem	4 a.
Abu Jaafar	3 ann.	- eodem	3 a.
Amrulcaïs III	7 ann.	- eodem	7 a.
Mondhir III	32 ann.	- Cobade	6 a.
		- Anuschirvano	26 a.
Hareth, interrex			
Amr III	16. ann.	- eodem	16 a.
Cabûs	4 ann.	- eodem	4 a.
Fischehert	1 annum	- eodem	1 a.
Mondhir IV	4 annos	- eodem	8 m.
		- Hormuz	3 a. 4 m.
Noeman IV	22 annos	- eodem	7 a. 8 m.
		- Cosroe	14 a. 4 m.
Aiâs	7 annos	- eodem	7 a.
Zadeih	17 annos	- eodem	14 a. 8 m.
		- Schireveih	8 m.
		- Ardaschir	1 a. 7 m.
		regina Burana	1 m.
Mondhir V (Deceptus) } Ultimus, anonymus }	8 m.	- eodem	8 m.

Antequam ultra progrediamur, verbo sufficit commemorasse, computum Sacyanum, in quo quatuor postremi reges cum iisque anni circiter XXV desunt, esse imperfectum. Quos cur omiserit, cum in codice Lugdunensi recenseantur, ignoramus; ita autem factum est, ut summa eum numerum non attingeret, qui ex comprehensione regnorum singulorum effici debebat, sed longe infra subsisteret.

In nostra tabula regnorum summa annos DXCVI cum XI mensibus aequat; codex Lugdunensis DXCVII exhibet, in Habichtiano denique ad DCXXIII annos pervenit. Non opus est multa sagacitate, ut errorem hic alicubi latere animadvertamus: difficultas potius in eo sita est, ut numerus singulorum regnorum numero omnium par inveniatur. Noli vero crucem levatam, ne dicam sublatam, existimare, si Lugdunensem lectionem pro Habichtiana probaveris. Chondemir enim Lachmidarum regno DCXX annos et XI menses tribuit idque tempus ex Hamzae Annalibus se referre aït *). Retinui Habichtiani codicis lectionem

*) In حبيب السير haec habet: مدت ملك ملك وجماعتی كه ...... بقول حمزه بن حسين اصفهانی ششصد وبيست سال ويازده ماه; — In

non propterea, quod eam genuinam esse putarem, sed quod ad Chondemirianam propius accedit. Equidem Hamzam hoc loco aetatem principatus Hirensis duplici modo indicasse coniicio, et solaribus annis et lunaribus, a librariis autem aliis solares, ab aliis lunares omissos esse; nam excepto cyclo bissextili cum dimidio quadrante, maior numerus aequat annos solares minoris. Locum mancum esse atque, claudicare patet; cur vero auctori culpam tribuamus, quidni potius librariis?

Similis est ratio regum Ghassanidarum, quorum series, etsi nunc primum plenior prodit, numerum totum tamen, quantus in uno alteroque codice apparet, nullo modo attingit. Causam eandem, quam supra in regno Lachmidarum verisimilem dixi, hic quoque latere arbitror.

Quae hucusque disputata sunt, quaestionem de tempore Seil ol Arim simulque errorem Hamzae involvunt, qui annis circiter quadringentis ante innovatam a Mo-

---

خلاصة الاخبار vero haec: حمزه بن حسين اصفهانى آورده كه جميع بنى لخم وجمعى كه ...... پنج نفر بودند وآن طايفه ششصد وبيست سال ويازده ماه حكومت كردند،

hammede religionem ruptos esse aggeres et aquas diffluxisse statuit, regna vero principum Hirensium atque Ghassanidarum DC annis antea condita esse vult, addens tamen, calamitatem illam Arabes ad emigrationem compulisse. Qua de discrepantia Sacyus ipse ita diserte et docte pro more suo disputavit *) eamque tam apte explanavit, ut non modo a viri illustrissimi sententia non recedam, sed totus eam sequar: quin etiam, si forte opus esset, unum argumentum, quod pro eo pugnat, adderem. Exstat id in Abul AbbasAhmed ben Jussuf, Damasceni, opere historico ibique cataractae rupturam ante introductam Mohammedis religionem accidisse refertur quadringentis et aliquot annis **).

Nunc vero videamus, quomodo reliqua se habeant, quae magis quam priora viro doctissimo reprehensionis ansam dederunt. Quodsi Hamza tribus Bahram annos regnorum XL cum VII mensibus assignat, minime sibi contradicit, cum hoc in calculo

*) Cf. Mémoires de l'Académie des inscriptions, tom. XLVIII p. 484

**) اخبار الدول وآثار الاول ita locus legitur: وكان ابتداء ملكهم قبل الاسلام بما يزيد على اربعماية سنة ٬

Mussae Cosroïtae sententiam, quam ex omnibus de tempore Sassanidarum vero proximam esse monuit, sequeretur. Omnino tres illorum regum series atque annorum ordines a scriptore nostro exhibentur: vulgaris, Mussae Cosroïtae et Mervanschahi, magi. Ita regnavit secundum seriem

	primam:	alteram:	tertiam:
Bahram I	3 a. 3 m. 3 d.;	9 a. 3 m.;	3 a. 3 m.
Bahram II	17 a.;	23 a.;	17 a.;
Bahram III	13 a. 4 m.;	13 a. 4 m.,	40 a. 4 m.
	33 a. 7 m. 3 d.;	45 a. 7 m.;	60 a. 7. m.

Neque minus inter se pugnant (l. l. ibidem), quae de Hormuz, filii Narsis, regno habet: id quoque tredecim annos durasse narrat Mussa Cosroïta, quum vulgaris opinio ei septem annos et quinque menses, Mervanschah septennium tantum tribuant.

Neque porro Ardaschiri, filii Schaburis, regnum ultra quadriennium producitur (l. l. p. 11). Verum quidem est, quod hoc rege Aus, Kelami filius, per quinque annos seditionem concitasse refertur, sed coniectura Sacyana rem acu tam bene tetigit et a scriptore nostro hanc imprudentiam amovit, ut accedente altera textus recensione dubitatio omnis tollatur. In Habichtiano enim codice regum seriem non Aus continuat, sed Amrulcaïs al Beda, — sic legendum est pro Nadir, — post vero huius nomen

commemorantur Ausi conatus iniusti, non secus ac si regni aemulus, non haeres fuisset. Iam verbum, quo nectere solet narrationem scriptor, immutat nec dicit ثم ملك „deinde regnavit,“ sed ثم استخلف „tum successor esse voluit“ i. e. regnum iniuste occupare studuit.

In serie regum Hirensium Amro, Amrulcaïsi filio, solus codex Lugdunensis annos XXX tribuit: Habichtianus LX, ita ut hic annorum numerus non tantum cum regno Schaburis, uti supra demonstravimus, sed etiam cum regnis filiorum, Ardaschiri et Schaburis, conveniat. Cum Habichtiano facit Chondemir, qui itidem LX annos exhibet.

Cum locus Hamzianus, qui de Mondhiro agit, in codice Lugdunensi depravatus legatur, censura Sacyana immerito auctorem pro librario perstringit: alter enim codex et Mondhiro XXXII annos tribuit et Cobadi sexennium, ita ut res nihil habeat dubitationis.

Supersunt duo loci, propter quos Hamza, quasi totus secum ipso pugnans, vehementer carpitur: unus in historia regum Arabiae felicis, alter in definiendo anni Elephantini tempore. Locus prior denuo duos complectitur errores, quorum tamen neuter incuriae scriptoris dandus esse videtur, unus

enim e regibus successori suo postponi perhibetur, atque eversio tribuum earundem duobus iisque diversis regibus. Placet hic interpretationem Sacyanam adiicere eique meam e regione opponere. Quae de Dschadima tractantur, omitto, nam etsi lectio antiquior ex aliqua parte claudicat, vir celeberrimus sagacitate sua sententiarum nexum coniecit talem, qualis textu praesenti comprobatur.

Après Abou-Carb (!) régna son fils Akran, fils d'Abou-Carb: c'est lui qui est le second Tobba, il régna cinquante ans du temps de Bahman, fils d'Asfendiar, fils de Yeschtasp.	Abu Maleco *) Alacran, Tobba secundus, successit, qui tempore Bahmani, filii Asfendiaris, filii Gustaspis rerum potitus L annos regnum tenuit.
Il eut pour successeur Dhou-habschan, fils d'Akran, fils d'Abou Carb: celui-ci régna soixante et dix ans, sous le règne de Dara, fils de Dara, fils de Bahman et sous	Hunc Dsu-Dschischan, filius Alacrani, filii Abu-Maleci **) excepit: tempore Darii, filii Darii, filii Bahmani eorumque, qui ei successere, per LXX annos in impe-

*) Utriusque codicis lectio.
**) Utriusque codicis lectio.

les règnes de ses successeurs: le fut lui qui battit les Arabes de Tasm et de Djadis dans le Yémama: ce qui eut lieu avant le règne d'Alexandre.—

Les successeurs de Dhou-habschan n'ont regné que du temps d'Alexandre, c'est-à dire, du temps de Kosaï (lisez Nadhr) fils de Kénanah.

Ensuite régna le Tobba, fils d'Akran (fils d' Abou Malec) fils de Schamar-Yérasch: c' est lui qui est le premier Tobba; son règne fut de cent soixante-trois ans. Après lui, son fils Malaï-Carb (lisez Colaï-Carb) fils de Tob-

rio fuit. Is contra Thasm et Dschadis, tribus Jemamicas, contendit, id quod ante Alexandrum regem factum est. —

Ji, qui Dsu-Dschischano successerunt, Alexandri tempore sive tempore Nadhr, filii Kenanae, regnavere.

Deinde Tobba, filius Alacrani, filii Schamar-Jurisch *), Tobbæ primi, principatum per CLXIII annos tenuit. Regnavit postea Colaï-Carb, filius eius, XXXV annis. Assad Abu Carb, Tobba medius, successit.

---

*) Sic nomen proferendum esse docet Neschvan in Carmine Himiaritico: وحمير جميعا ، لا يقولون
الا يرعش بكسر العين

ba régna trente-cinq ans. Asad Abou-Carb, qui est le Tobba du milieu, régna après lui.

Hassan, fils du Tobba, succéda à son père Asad. Ce fut lui qui alla attaquer dans le Yémama les Arabes de Djadis et qui les extermina.

Post hunc Hassan, filius Tobbae, fuit, qui contra Dschadis, tribum Jemamicam, profectus est eamque universam evertit.

Iam sine ulteriore explicatione hinc intelligitur, neque Tobbam alterum anteponi primo, neque excidium Thasm et Dschadis tribuum duobus iisque diversis regibus assignari.

Quae denique annum Elephantinum spectant, ea revera sibi non constare, sed discrepare negari nequit. En tres illos locos: in historia regum Hirensium Mohammed natus esse refertur „XXXIV annis et VIII mensibus vel potius, ut alii volunt, XLI annis postquam Anuschirvan, Cobadis filius, rerum potitus est"; — in historia regum Arabiae felicis, LV diebus post annum Elephantinum, anno quadragesimo primo principatus Anuschirvanici", — denique in describendis Arabum epochis: „anno trigesimo quarto regni Anuschirvani."

Sententiarum inter se conciliandarum, vel, si malis, negligentiae sive excusandae sive amovendae ne periculum quidem facimus, cum in utraque parte coniecturarum errorumque campum late patere videamus. Absolutam ab omni parte defensionem et accusationis refutationem nequaquam nobis in animo fuisse neque esse potuisse, ab ipso initio apparuit: ingenue diximus, ut in libro edendo dicere debuimus, quae tenuis vel potius perditae auctoritatis Hamzianae fuerint causae, nec minus aperte, quae sibi contradicunt, reteximus. Ubi res ipsae loquebantur, has opposuimus; quae ubi nos deficiebant, nostra scientia et eruditione, si qua est, minus freti, opiniones nostras suppressimus, propterea quod periculum erat, ne in coniecturarum silva veritatis semita nimio studio facilius amitteretur quam reperiretur. Cumulate nobis satisfactum erit, si textu aliquanto castigatius edito et Hamzae existimatione vindicata, nos historiae ac literis paululum inserviisse lectores agnoverint.

De Hamzae vita non multa sunt, quae dicenda habeamus. Ipsum patris nomen variat, quem Hadschi Chalifa, Chondemir et Musliheddin Larensis *) Hussein,

*) Cf. Fundgruben des Orients III p. 331.

codex vero Lugdunensis huius libri ceterique quos inspicere licuit áuctores, ut Ibn Muîn in Paradiso Annalium *), scriptor Collectaneorum historicorum **), Alhassan appellant. Dempto articulo Arabico, qui apud auctores Persicos plerumque deest, diversitas nominis ab una litera pendet, neque res magni momenti esse videtur, cum prior forma sit deminutiva posterioris ***). — Ex cognomento Ispahanensis patriam eius urbem Ispahanam fuisse atque ipsum Meraghae, Hamadanae et Bagdadi ineunte seculo a fuga Mohammedis quarto degisse e nonnullis Annalium locis colligere licet, cetera omnia, quae ad eius vitam spectant, nobis prorsus ignota sunt. Mortuum esse parte dimidia posteriore eiusdem seculi, quo Annales suos congessit, credibile est. — Reliquisse traditur tria scripta: Vitas Illustrium Virorum تاريخ كبار البشر, Librum de Urbe Ispahana كتاب اصفهان, qui historiam eius urbis continebat, denique hunc ipsum librum, quem edidimus. Primi libri men-

*) Cod. Bibl. Imperial. Petropolit. autographus, si non unicus, certe rarissimus.

**) Journal Asiatique, troisième serie, VII sqq.

***) Similiter Princeps Buchariae, qui nunc in vivis est, ab Alexandro Burnes Emir Nossair Allah nuncupatur, cuius nomen esse Emir Nasr Allah e literis et actis publicis constat.

tionem apud Hadschi Chalifam invenies, alterius ibidem et bis in Annalibus (libr. X cap. 7); libri ipsi prorsus interierunt. Ad nostram aetatem tertius tantum pervenit, Annalium, cuius inscriptio simplicior, تاريخ الامم Historia Populorum i. e. universalis, apud Abulfedam, Hadschi Chalifam, Muslih-eddinum Larensem invenitur; codex vero Habichtianus multo ampliorem ac planiorem praebet: كتاب تاريخ سنى ملوك الارض والانبياء عليهم الصلوة والسلام, „Liber historicus de annis Regum terrae ac Prophetarum" i. e. Liber historico — chronologicus Regum etc.; — non solum in fronte primae paginae, sed et in altera, ante ipsum textum. Inscriptio genuina ipsius auctoris haud dubie haec amplior est, cum ab initio legamus: hic liber est, quem Annales Regum terrae ac Prophetarum nominavi. — Alterum nomen, quod in calce codicis Lugdunensis invenitur: تم كتاب تاريخ الامم, in fronte vero sic: كتاب فيه تاريخ الامم „Liber in quo est Historia populorum", fortasse brevitatis causa apud scriptores posteriores in usum venit; nos quoque eandem ob causam hunc librum Annales tantummodo nominavimus et deinceps nominabimus.

Tempus, quo hoc opus absolutum est, claris verbis in eius fine indicatur, i. e. anni

CCCL mense Dschumada posteriore, sive anno a Christo nato DCCCCLXI, mense Septembri.

Hamza Annales suos in decem libros distribuit, quorum nonnullos subdivisit. Ita liber primus, qui annales regum Persarum tractat, quinquepartitus est; caput primum regum Persarum historiam et aetatem, secundum eorum quatuor familias, Pischdadarum, Caianidarum, Aschghanidarum ac Sassanidarum, exponit; — alterum easdem historias e Mussae, filii Aissae, Cosroïtae de Sassanidis commentario repetit; — tertium Bahrami, Mervani filii, magorum in urbe Schabur antistitis, epitomen historicam tradit rursusque omnes res gestas secundum singulas familias regias complectitur; — quartum brevem a regibus Persarum inde ab Uschhengo ad Jezdegerdem rerum gestarum notitiam continet; — quintum fabulas Persicas de origine generis humani narrat.

Liber secundus Occidentis reges tractat, item quinquepartitus. Primo Macedonicos, sive potius Aegypti post obitum Alexandri Magni reges, — deinde Romanos imperatores a Iulio Caesare ad Diocletianum; — tertio Byzantinos a Constantino Magno ad Heraclium recenset; — quarto Ptolemaeorum regna repetit, occupatam a

Romanis Aegyptum Romanosque imperatores, ab Augusto ad Heraclium ordinem deducens, refert; — quinto Byzantinorum imperatorum seriem auctore Vakio Iudice exhibet.

Liber tertius Graecos, quartus Aegyptios vetustiores tractat, quintus historiam Israëlitarum continet, sextus de Lachmidis, Hirae principibus, septimus de Ghassanidis Arabicae stirpis in Syria regibus agit, octavus seriem Himiaridarum, regum Arabiae felicis, exhibet, nonus reges Cenditas enumerat.

Liber decimus historiam tribus Coreischiticae continet, in decem capita distributus, quorum primum de Arabum annis agit, secundum quôs ante Mohammedis fugam tempora computare consueverant; — alterum exponit, in quos menses ac dies Prophetae natales missio et fuga inciderint; — tertium de initio annorum fugae, de obitu Prophetae deque iis tractat, quae proximis post fugam annis acciderunt; — quartum e situ et concursu stellarum religionem Mohammedanam omnes reliquas superaturam fore coniicit; — quintum Chalifas stirpis Coreischiticae, Omajjadas et Abassidas, ad Mothîum usque enumerat; — sextum quae ratio inter Arabum ac Persarum annos intersit, ita exponit, ut

Persici anni dies primi نوازير qui sint in Arabico, doceat, eamque computationem ab anno fugae primo ad tricentesimum quinquagesimum persequatur; — septimum diversas calamitates, lues, proluvies, ventos, annonae caritatem, quae inde ab anno fugae acciderunt, recenset; — octavum seditiones, quae in urbe Bagdado imprimis a Buveihidis contra Abbassidas sunt conflatae, — nonum principum Chorassanensium, — decimum Thabaristanensium res gestas continet *).

Iam supra diximus, duos codices huic recensioni esse fundamentum, Lugdunensem et Habichtianum: num alii praeter hos in Europa exstent, nos quidem ignoramus; qui enim Hafniae asservatur, apographum est Lugdunensis, vel potius excerpta continet, a Reiskio ex illo facta. Prior forma est quaternaria, literis Neschi crassis elegantissime a Sunnita **) exaratus, vocalibus maximam partem instructus, punctis vero diacriticis saepissime destitutus: folia con-

*) Cf. Reiske: Prodigamenta ad Hadschi Chalf. et Köhler: Von einigen Arabisch. Schriftst. in Eichornii Repertorio.

**) Id ex formula solenni رضى الله عنه quae nomina Chalifarum (libr. X cap. 5) sequitur, coniici potest.

tinet DLXXX, quorum bina in libro primo atque in extremo desunt. Reiske in fronte apographi sui haec adnotavit: „codex Leidensis, e quo meum exemplar feci, magnificentissime et ad miraculum pulchre scriptus est, et vetustus utut sit atque multa passus a temporum iniuria, oculos tamen lectorum ferit atque oblectat. Non potuit nisi pro principe exaratus fuisse. Sed scriba melius sciebat literas pingere, quam quae scribebat capere. Miseris modis corruptus est, praesertim in Persicis.“ — Alter fuit Habichtii, linguae arabicae in alma literarum Universitate Viadrina quondam professoris, qui illum ex urbe Tunetana arcessiverat: nunc ab haeredibus cum ceteris eius libris manuscriptis bibliothecae Universitatis traditus est. Formae est, quam octonariam maiorem vocant, perspicua ac diligenti manu literisque Nestalic a Schiita *) scriptus: in margine ab alia eaque pulcherrima manu literis Schekesteh ita prudenter ex autographo est correctus, ut in docti cuiusdam Persae usu fuisse videatur. Habet folia CXIX.

---

*) Id ex eodem loco (X, 5) divinari licet, ubi جملة دعائية post Chalifarum nomina omissa est, excepto Alio, qui habet صلوات الله وسلامه عليه

Ex Ispahanensis nostri opere iam edita haec fere sunt:

Albertus Schultens librum octavum, Himiaridarum historiam, edidit in libro, cui inscriptum est: Historia Imperii vetustissimi Ioctanidarum in Arabia felici ex Abulfeda, Hamza Ispahanensi, Nuveirio, Thaberita, Mesoudio. Harderovici Geldrorum MDCCLXXXVI. — Textus arabicus mancus est et mendosus, interpretatio latina pro more viri celeberrimi elegans.

Secundus Hamzae Annalium partem vulgavit Ianus Lassen Rasmussen in libro: Historia praecipuorum Arabum regnorum rerumque ab iis gestarum ante Islamismum. Hafniae MDCCCXVII. Insunt liber sextus, septimus, nonus et decimi capita duo prima *).

Tertius ipse Hamzae Annalium caput quartum in lucem edidi, Vratislaviae MDCCCXXXVI.

Reiskii interpretatio latina tertii capitis libri decimi legitur in Abulf. Annal. Moslem. I nott. p. 45. Idem scriptorem nostrum, si minus versione, at certe annotatione, teste libro Rasmusseniano, instruxisse videtur.

Praeter hos historici argumenti libros

---

*) Cf. Censur. Sacyi in Journal des Savans, Janvier, 1818 pag. 18.

Hamzam etiam grammatici generis composuisse coniecerim. Pocockius enim in oratione, carmini Toghraï praemissa, haec habet: „Sic Hamzah Ebn 'ol Hassan, dum quot haberent calamitates nomina, inquisivit, ultra quadringentesimum invenit, ut iam esset تكاثر اسماء الدواهى من الدواهى vel ipsa nominum calamitatis recensio inter calamitates non minima .... Ab Alchalilo Lexicographorum patre refert Hamza Aspahanensis reperiri apud Arabes verborum, qua eorum quae in usu qua obsoletorum, formas sine ulla repetitione duodecies millies mille trecenties quinquies mille, quadraginta et duodecim." — Müller (Münchn. Gelehrt. Anzeig. 1842 No. 175) quandam vocis Pehlevi definitionem ab Hamza Ispahanensi prolatam apud Jacutium in libro مراصد الاطلاع se invenisse testatur. Atque revera certa in Annalibus exstant vestigia, e quibus eum antiquiorem linguam Persarum scivisse coniecerim. Libri enim decimi cap. 7 haec legimus: „Cum turris Sareveih corrueret et libri ibi occulti detegerentur, nemoque adesset, qui eos legere sciret, ad eum allati sunt, ut, nisi argumenta explicare posset, saltem indicaret, quomodo illuc pervenissent. Scripti autem erant antiquo Persarum sermone."

Denique in Museo Asiatico Academiae scientiarum Petropolitanae carmina Abu Novasi exstant, quorum collectio Hamzae, filio Alhassani, Ispahanensi tribuitur. Vereor autem, ne perperam id factum sit. Ibn Chillican, quem in loco de Divan Abi Novas ad verbum fere transscripsit Hadschi Chalifa, alios tres viros huius poetae carmina collegisse refert: Abu Becrum, Sulium, الصولى, Alîum filium Hamzae, Ispahanensem, et Ibrahimum filium Ahmedis, Thaberistanensem, nomine Tuzûn notum. Ispahanensis collectio, quam ipse Chillican non vidit, rarissima esse debuit. Destitutus aliis notitiis quaestionem ancipitem relinquam, utrum auctor fuerit Ali ben Hamza, an Hamza ben Alhassan, neque tamen codicis descriptionem hic addere supervacaneum esse arbitror: fortasse aliquis, cui occasio Divan Abu Novasi legendi oblata fuerit, ea impelletur, ut certiora de hac re eruat. — Codex Musei Asiatici duplex est, i. e. duabus partibus diversis constat, quarum tamen utraque Collectionem carminum eiusdem poetae exhibet. Prior collectio Hamziana est *), distributa in quinque

---

*) Initium: كتب حمزة بن الحسن الاصبهانى الى بعض رؤساء بلده سالت اطال الله عمرك واعلى

حدود, limites seu libros, qui rursus in ابواب capita et فصول sectiones distincti sunt. Primus liber continet prolegomena de natura poesis Abu Novasi eiusque commercio cum poetis aevi sui, carmina laudatoria, funebria et probrosa في المديح في المرثي في العتاب, secundus satyrica, ascetica et venatoria في الهجاء في الزهد في الطرد, tertius potatoria في الخمر, quartus amatoria في المؤنث في المذكر, quintus appendicem carminum. Dolendum vero est, quod codex initio libri secundi desinit ita ut reliqua desiderentur. Annexa est altera recensio, quam, cum secundum rhythmos disposita sit, Sulii esse contenderem, nisi in Catal. Bibl. Bodl. hic scriptor diceretur primo loco posuisse carmina de vino, deinde de venatione. — Quae posterior pars codicis in novem libros distributa est, quorum tres priores cum initio quarti sunt deperditi; incipit a medio quarto, qui continet satyras, quintus carmina ascetica, sextus ve-

---

قدرك وبلغك اقصى املك وزادك من افضل ما خولك واحسن ما منحك واعدمك جميل ما عودك ان اصرف لك عنايتى الى عمل مجموع من شعر ابى نواس يشتمل على كل اشعاره وجلّ اخباره etc.

natoria, septimus potatoria, octavus et nonus amatoria. — —

Interpretatio latina Annalium aeque ac codicum diversae scripturae ad prelum iamiam paratae sunt et textum hunc Arabicum, si Deo Optimo Maximo ita visum fuerit, mox sequentur.

Perducta ita ad finem praefatione, nil mihi restat, quam ut publice duobus viris gratias referam, cum reddere non possim, atque id, quod iamdudum in votis erat, persolvam. Priorem, cui plurimis nominibus obstrictus sum, hic nomino Scheichum celeberrimum Mohammedem Aiiad, Thantha Aegyptiaca oriundum, qui, qualescunque habui notiones de lingua ac rebus Arabicis, humanissime et liberalissime amplificare, formare, excolere non dedignatus est. Neque minus gratias debeo viro clarissimo, Ioanni Godofredo Wetzstenio, philosophiae Doctori, qui singulari erga hominem ignotum officio plagularum corrigendarum negotium perquam fastidiosum suscepit. Dabam Petropoli, kal. Iuliis MDCCCXLIV.

EMENDANDA.

Pag. ٣ lin. 10 pro للحوادث, quae glossa Scheichi Mohammedis est, scribe الغير

Pag. ٨ lin. 2 post عليهم insere السلام
lin. 20 pro ابن scribe بن

Pag. ١٢ lin. 7 pro شهربار lege شهريار
lin. 8 pro هرمز lege هرمزد

Pag. ١٥ lin. 2 pro ايام scribe اشهر
lin. 5 post regis nomen adde ثلث عشرة سنة واربعة اشهر

سنة تسع وعشرين وثلثماية ماه ذى روز باد
فكان جميع ما كان ما ملك فيه الجيل من
قبيلتى الديلم اللتين تقدم ذكرهما تسع سنين
وخمسة اشهر وخمسة ايام ومن ذلك الى انقضاء
جمادى الآخرة من سنة خمسين وثلثماية
احدى وعشرين سنة وشهران وعشرة ايام وهو
وقت الفراغ من اتمام هذا الكتاب بحمد
الله وحسن توفيقه

تم تم

تم

من ذى القعدة سنة تسع عشرة وثلثماية ماه
آذر روز اسفناد فتفرر بالرياسة على الديلم
والجيل سنة وثلثة اشهر ونيفا وعشرين يوما
على بن بويه كان على رأس هذه المدة نشات
للديلم دولة باصفهان فى قبيلة منهم تسمى
شيرزنيل اوندان والقائم بها على بن بويه فملكها
ثم زحف عنها الى فارس واستولى عليها وكان
ابتداء سلطانه باصبهان يوم الاحد الحادى عشر
من ذى القعدة سنة احدى وعشرين وثلثماية
ماه آبان روز خرداد وعلى اثر ذلك بسنة وكسر
قتل مرداويج باصبهان يوم الثلثاء الثالث من
شهر ربيع الاول سنة ثلث وعشرين وثلثماية ماه
بهمن روز ابان بالفارسية الحسن بن بويه وعلى
اثره بايام ملك الحسن بن بويه اصبهان يوم
الاثنين غرة شهر ربيع الآخر سنة ثلث وعشرين
وثلثماية ماه اسفندارمذ روز مرداد وبقى
سلطان الجيل بعد ذلك على الرى وما ينضاف
اليها من الاعمال ست سنين وشهرًا واياما الى
ان انكشفوا بباب الرى عن عسكر خراسان
يوم الخميس لعشر بقين من شهر ربيع الآخر

فملك طبرستان سنتين وثلثة اشهر واياما ثم مات
فى شعبان سنة اربع وثلثماية وله تسع وسبعون
سنة وبقيت طبرستان بعده فى ايدى العلوية
اثنتى عشرة سنة ثم انتقل الملك عنهم الى امر
الديلم وهو اعلم اسفار بن شيرويه وذلك
الذى انتزع منهم اسفار بن شيرويه عند قصد
الداعى الحسن بن القاسم بطبرستان ونصبه
الحرب له حتى قتله على يدى مرداويج بن زياد
الجبلى وهو يومئذ قائد من قواده يوم الثلثاء
لست بقين من شهر رمضان سنة ست عشرة
وثلثماية فدخل اسفار يومئذ مدينة آمل باعلام
سود وخطب لنصر بن احمد بن اسمعيل امير
خراسان واستعرض اسفار فى ذلك اليوم جماعة
من العلوية ولما انتقل السلطان عن العلوية الى
الديلم بطبرستان تقرّر منهم فى قبيلة تسمى
وارداد اوندان والقائم به اسفار بن شيرويه
فبقى ذلك فيهم برهة من الدهر ثم انتقل
عنهم الى الجيل مرداويج الجبلى ولما انتقل
السلطان عن الديلم الى الجيل كان القائم به
منهم مرداويج وملك يوم الخميس السادس عشر

ورد رافع آمل طبرستان يوم الاحد لعشر بقين
من شهر ربيع الاول سنة سبع وسبعين ومايتين
وقد كان يعقوب بن الليث زاحم اخاه الحسن
ابن زيد فورد يعقوب سارية طبرستان لثمان
بقين من رجب سنة ستين ومايتين ماه اردى
بهشت روز هرمزد محمد بن هرون ثم ورد
جرجان محمد بن هرون من قبل اسمعيل بن احمد
ابن اسد فزحف محمد بن زيد اليه وقتله وأسر
ابنه زيد بن محمد يوم الجمعة الخامس من
شوال سنة سبع وثمانين ومايتين ماه شهريور
روز آسمان اسمعيل بن احمد ثم ورد اسمعيل
ابن احمد طبرستان فى طلب محمد بن هرون
سنة ثمان وثمانين ومايتين وعادت طبرستان
فى يد امراء خراسان ثلث عشرة سنة وكسرا
الناصر ثم ورد الناصر ارض الديلم والجبل الى
الاسلام ثم رحل عنها الى طبرستان ولقيه
صعلوك السامانى صاحب امير خراسان وابن
عمه بجالوس فتحاربا فانهزم عنه وبلغ عدد
قتيل الخرسانية سبعة الاف رجل ودخل الناصر
آمل فى جمادى الآخرة سنة احدى وثلثماية

البلاد ثم تنقلت عجمية وتنتقل فى رجال منهم
ثم يتقرر فى رهط منهم فحينئذ يصير بنى
العباس مسوسين وافتتحت طبرستان بعد ذلك
بسنيات على يد ابى الخصيب القائد فى سنة
اربع واربعين ومائة وذلك ان المنصور اقلقه هذا
الخبر الذى حكاه عنه معاذ بن مسلم فصرف
همه الى طبرستان حتى انتزعها من يد الاسبهبد
خرشيد بن دادبرمهر بن فرحان بن جادبوه
ابن كيليده وكان كيليده من جيلان
الحسن بن زيد فبقيت طبرستان فى يد امرآء
بنى العباس ماية وست سنين وشهرين واحد
وعشرين يوما الى ان ورد الحسن بن زيد العلوى
باعوانه من الديلم خطة آمل طبرستان يوم
الاثنين لسبع بقين من شوال سنة خمسين
ومايتين فملك طبرستان تسع عشرة سنة وثمانية
اشهر وستة ايام ثم مات بها يوم الاثنين لثلث
خلون من رجب سنة سبعين ومايتين ماه
شهريور روز باد وهو اعلم محمد بن زيد ثم
ملكها محمد بن زيد اخوه ثمان عشرة سنة
زاحمه فيها رافع بن هرثمة ثلث سنين وكان

الباب العاشر وهو في ذكر تواريخ ولاة طبرستان

ولما كانت طبرستان ذات كور كثيرة وكانت ارض الديلم احد كورها وكانت الفرس تسمى الديلم اكراد طبرستان كما كانت تسمى العرب اكراد سورستان وهى العراق فكذلك جرى ذكرهم في كتب الفتوح والدفاتر المصنفة في اخبار دولة العباسية فمن ذلك خبر رواه على ابن هشام عن القاسم بن سليمان النيشابورى ان معاذ بن مسلم حدثه انه لما صدر المنصور عن نيشابور عند انصرافه عن ابى مسلم صاحب الدولة بمرو ولما انفذه اليها اخوه ابو العباس السفاح لاخذ البيعة عليه وعلى من معه وبلغ موضعها فيما بين اجرين وسمنان التفت الى الجبال التى بين قومس وطبرستان فقال لى يا معاذ اى جبال هذه قلت اعزّ اللّه الامير جبال طبرستان فقطب وجهه وبقى واجمًا فقلت ما دهاك ايها الامير قال ما يشتغل القلب انه لا يزال امر بنى العباس علينا يسوسون ولا يساسون الى ان ينشأ وراء هذه الجبال دولة عربية اعوانها والقائمون بها عجم هذه

اثنتى عشرة سنة وكسرا الى ان مات فى شهر
ربيع الآخر سنة ثلث واربعين وثلثماية عبد
الملك بن نوح وتولى اعمال خراسان عبد الملك
ابن نوح بن نصر على اثر ذلك وكان مولده
فى سنة اربع وعشرين وثلثماية وطالع مولده
الحوت والزهرة فيه والمشترى فى القوس وزحل
تقديرا لا تحقيقا فى الحمل وكان اسد بن
سامان من قرية من قرى بلخ تسمى سامان
وكان له اربع بنين نوح واحمد ويحيى والياس
فلما رحل المأمون من خراسان الى العراق صحبه
اليها نوح بن اسد ولزم بابه سنين فولاه ما
وراء النهر من قبل الطاهرية فلما مات ولى اخوه
احمد بن اسد مكانه فلما مات ولى ابنه مكانه
نصر بن احمد بن اسد فلما مات نصر ولى اخوه
اسمعيل بن احمد بن اسد مكانه فكانت ولاية
من تقدم اسمعيل واسمعيل ايضا على ما وراء النهر
من قبل الطاهر فى اكثر تلك السنين من اوساط
ايام المأمون الى سنة سبع وثمانين ومايتين وهو
نحو سبعين سنة ومن ذلك الوقت الى الآن
اربع وستون سنة وهو اعلم الفصل العاشر من

فى سنة ثمان وسبعين ومايتين فصلح به امور
خراسان بعض الصلاح وهى باسم عمرو ثم صرف
عمرو بن رافع فى شوال سنة تسع وسبعين
ومايتين عمرو بن الليث ثانيا ثم صرف رافع
عن خراسان بعمرو بن الليث فوردها فى
صفر سنة ثمانين ومايتين وبقى عليها الى ان
اسره اسمعيل بن احمد بن اسد ببلخ فى سنة
سبع وثمانين ومايتين. اسمعيل بن احمد بن اسد
وولى اسمعيل بن احمد بن اسد اعمال خراسان
وجعل اليه ما كان الى الطاهرية من الاعمال
المتصلة بخراسان فبقى عليها الى ان مات بها
فى صفر سنة خمس وتسعين ومايتين وفى هذه
السنة المذكورة مات المكتفى وهو اعلم
احمد بن اسمعيل ثم ولى احمد بن اسمعيل بن
احمد فبقى بها الى ان قتل فى شوال سنة احدى
وثلثماية نصر بن احمد بن اسمعيل وولى نصر
ابن احمد بن اسمعيل على ما كان فى يد ابيه
وجده فبقى فى عمله زيادة على ثلثين سنة الى
الى ان مات فى سنة احدى وثلثين وثلثماية وهو اعلم
نوح بن نصر ثم وليها نوح بن نصر بن احمد

ثلث وستين ومايتين ماه مهر روز دين ونفذ
كوشاد عنه الى ما وراء النهر فورد على نصر بن
احمد بن اسد ليستنجده فلم يصب له عنده
مادّة لا بمال ولا برجال فعاد اليه ولم ير للمقام
هناك وجهًا فخرج وخلّف كوشاد على امراء
خراسان عمرو بن الليث ومات يعقوب بن
الليث بجنديشابور من كور خراسان سنة
خمس وستين ومايتين فدخل اخوه عمرو فى
طاعة السلطان فعقد له السلطان على ولاية شرطة
بغداد وعلى اعمال خراسان وما كان مضافا
اليها من اعمال الطاهرية فاستخلف على شرطة
بغداد عبيد الله بن عبد الله بن طاهر
فقبضها من محمد بن طاهر فى صفر سنة ست
وستين ومايتين فورد عمرو خراسان فى هذه
السنة فزحف اليه احمد بن عبد الله الخجستانى
والتقى معه بنيشابور يوم الخميس لست بقين
من ذى القعدة سنة ست وستين ومايتين
فهزمه الى سجستان فغبر عمرو سنتين يحاول
ان يصفوا له خراسان وهى باسمه فثارت عليه
رافع بن هرثمة ثم ولى خراسان رافع بن هرثمة

دين ولما ورد محمد بن طاهر بغداد اعاد المعتمد
الى يده عمل الشرطة وعزّل عنها عبيد الله بن
عبد الله فهذه كانت حال الشرطة واما حال
خراسان فانها افتديت وتفرقت الولايات بها فى
نفر واما وراء النهر فولى عليه من الاصل نصر
ابن احمد بن اسد سامان وكان ذلك العمل
فى يده من قبل طاهر فبقى عليها تسع عشرة
سنة الى ان مات فى سنة تسع وسبعين ومايتين
وقام مكانه بذلك العمل اخوه اسمعيل بن احمد
ابن اسد واما بلخ فوليها ابو داود محمّد بن
احمد بن ناهجور من الاصل وضم له الى عمل
بلخ طخرستان وختلان وخورجان وترمد واما
نيشابور فوليها الحسين بن طاهر بن عبد الله
من قبل اخيه محمد بن طاهر فتوجه اليها
بلا مال والرجال فورد اصبهان وعليها دُلف
ابن عبد العزيز فارتكب فى امره بين ان ينفذ
على اختلال من امره او يرجع وراءه فقام كوشاد
ابن شاه مردان بامره حتى بعث دلف بن عبد
العزيز على معونته الى ان انهضه وخرج معه فورد
نيشابور يوم الاثنين لسبع بقين من صفر سنة

واخرج عنها سليمان بن عبد الله بن طاهر
واما الرى فانه خرج بها محمد بن جعفر
الحسنى فى ذى الحجة سنة خمسين ومايتين
وعامله عليها محمد بن على بن طاهر فهرب
عنه ثم خرج على اثره عليه بقزوين الكوكبى
الحسينى فى شهر ربيع الاول سنة احدى وخمسين
ومايتين وعامله عليها عبيد الله بن عبد الله
ابن عبد الوهاب الطاهرى فهرب عنه ثم صرف
محمد بن طاهر عن الرى بموسى بن بغا فى سنة
اربع وخمسين ومايتين وبقى محمد بن طاهر على
اعمال خراسان وعلى شرطة بغداد احدى عشرة
سنة وشهرين وعشرة ايام الى ان ورد يعقوب
ابن الليث نيشابور فقبض عليه يوم الاحد
الرابع من شوال سنة تسع وخمسين ومايتين
يعقوب بن الليث ولما استولى يعقوب بن الليث على
اعمال خراسان اقر المعتمد عبيد الله بن عبد الله
ابن طاهر على شرطة بغداد الى ان تخلص محمد
ابن طاهر من اسر يعقوب بن الليث بانهزامه
عن عسكر المعتمد يوم الاحد التاسع من رجب
سنة اثنتين وستين ومايتين ماه اسفندارمذ روز

واعمال العراق الى ان مات فى ايام المعز فرد
المعتز اعمال الشرطة الى محمد بن طاهر مضافة
له الى اعمال خراسان فكان عبيد الله وسليمان
ابنا عبد الله بن طاهر يخلفانه عليها ثم
اضطربت على محمد بن طاهر اعماله فخرج عن
يده سجستان ثم طبرستان ثم الرى فاما
سجستان فانه خرج بها رجل المطوّعة يقال له
درهم بن الحسن وكان القيّم بعسكر درهم
هذا يعقوب بن الليث الصفار فكان درهم غير
ضابط لعسكره فراى اصحاب درهم ان يعقوب
ابن الليث اضبط لامرهم واسوس فعدلوا عن
درهم واقبلوا عليه فسلم درهم الامر اليه وفارق
العسكر وقد كانت سجستان خرجت قبل
ذلك عن ايدى الطاهرية فى ايام ولاية طاهر
ابن عبد الله بتغلب صالح بن النصر الكنانى
من اهل نسبت اليها ومعه يعقوب بن الليث
ابن حاتم وكان ابتداء ذلك يوم السبت
لسبع بقين من ذى الحجة سنة تسع وثلثين
ومايتين واما طبرستان فانه خرج بها الحسن بن
زيد العلوى فى شهر رمضان سنة خمسين ومايتين

عبد الله على اعمال المشرق لسبيله تولى ابنه
طاهر بن عبد الله على ما كان ابوه يتولاه
وكان بطبرستان فوافى منها ابرشهر وكان
خليفته على شرطة بغداد اسحق بن ابرهيم
واليه فارس والسواد حربها وخراجها وعاملة على
فارس محمد بن ابرهيم فبقى اسحق على
خلافة طاهر بن عبد الله الى سنة ست
وثلثين ومايتين ثم صار خليفته على الشرطة
عبد الله بن اسحق بن ابرهيم واليه معاون
بغداد وسامرة وواسط والسواد الى سنة سبع
وثلثين ومايتين ثم صار خليفة طاهر بن عبد
الله على الشرطة محمد بن عبد الله بن طاهر
اخاه واليه مَعَاون بغداد وسامرة وواسط والسواد
وكور دجلة محمد بن طاهر ومات طاهر بن
عبد الله بن طاهر فى خلافة المنتصر يوم الاثنين
لسبع بقين من رجب سنة ثمان واربعين ومايتين
وصار مكانه ابنه محمد بن طاهر بن عبد الله
على ما كان ابوه يتولاه غير الشرطة ببغداد
فان محمد بن عبد الله بن طاهر تفرد بعملها
برأسه فبقى محمد بن عبد الله على الشرطة

وكان المأمون وجه عبد الله بن طاهر لمحاربة
بابك وولاة اذربيجان وكور الجبل فشخص عن
بغداد يوم الاثنين لاربع بقين من جمادى
الآخرة سنة اربع عشرة ومايتين فنزل الدينور
ووجه اخاه محمد بن طاهر على خلافته الى
اعمال خراسان وما ينضم اليها من اعمال سائر
الكور ثم كتب المأمون الى عبد الله بن طاهر
بالمسير الى خراسان لما بلغه من انتشار الخوارج
بها وغلبتهم على ناحية نيشابور وغيرها وعزله
من اذربيجان وكور الجبل وتدبير محاربة بابك
وولى مكانه على ذلك على بن هشام فنفذ عبد
الله بن طاهر نحو خراسان ونزل منها بكورة
ابرشهر فوطن نيشابور ونزل مرو ونزولها فى رجب
سنة خمس عشرة ومايتين فاقام بها لمحاربة
الخوارج وجعل خليفته على شرطة بغداد اسحق
ابن ابرهيم بن مُصْعَب وبقى عبد الله على
اعمال المشرق بقية ايام المأمون وايام المعتصم
وصدر ايام الواثق الى ان مات يوم الاربعاء
العاشر من شهر ربيع الآخر سنة ثلثين ومايتين
ومايتين وهو اعلم طاهر بن عبد الله ولما مضى

كان طلحة يتولاه ثم ضم المامون الى عبد
الله بن طاهر الرى وطبرستان ورويان ودنباوند
فى سنة اثنتى عشرة ومايتين وفى هذه السنة
فتح عبد الله بن طاهر مصر بعد دخول عبيد
ابن السرى فى امانه وتسليمة مصر اليه فبعث
عبد الله به الى المأمون وقد كان المأمون
اخرج عبد الله فى سنة ثمان ومايتين الى الجزيرة
والشام لمحاربة نصر بن شيب العُقَيْلى الذى
فتن اهل الجزيرة والشام فنصب عبد الله الحرب
له ولتلك الرواقيل حتى اذلهم وبعث برؤساء
الفتن الى المأمون فاستخلف عبد الله بن طاهر
على مصر عيسى بن زيد الجلودى وقدم بغداد
فى آخر سنة اثنتى عشرة ومايتين ثم عزل
المأمون عبد الله بن طاهر عن اعمال المغرب
باخيه ابى اسحق محمد بن الرشيد وعقد له
يوم السبت لسبع خلون من شهر رمضان سنة
ثلث عشرة ومايتين ثم خرج المأمون الى مصر
يوم الاثنين لعشر ليال خلون من جمادى
الاولى سنة اربع عشرة ومايتين فقدمها فى المحرم سنة
سبع عشرة ومايتين ومعه اخوه محمد بن الرشيد

على مقدمة ابيه طلحة بن طاهر اليها ثم شخص هو نحوها فى ذى الحجة بعد يوم النحر من هذه السنة فوافى مرو وقد دخلت سنة ست ومأيتين فبقى بها سنة واشهرا ثم مات يوم السبت لثلث بقين من جمادى الآخرة سنة سبع ومايتين طلحة بن طاهر فلما بلغ خبر موته المأمون كتب الى عبد الله بن طاهر وهو بالرقة بولايته على اعمال ابيه مع ما هو مُتَوَلّى له من اعمال الجزيرة والشام ومصر وافريقية وجعل اخاه طلحة بن طاهر خليفته على عمل المشرق غير انه كان يكاتب المأمون باسمه ولا يكاتبه عن عبد الله فبقى طلحة عليها خمس سنين الى ان مات يوم الاحد لثلث بقين من شهر ربيع الاول سنة ثلث عشرة ومايتين واستخلف على الاعمال من يرتضية اخوه عبد الله وجعل القيّم بالامر محمد بن حُمَيْد الطاهرى والولاية لاخيه على بن طاهر وهو اعلم عبد الله بن طاهر فلما ورد على عبد الله خبر موت اخيه طلحة ببغداد وجه حاجبه طاهر ابن ابرهيم الى اخيه على بن طاهر بتوليته ما

في رجب سنة ست وتسعين ومائة على عمل
المشرق كله طولا ما بين جبل همذان الى
حدود التبت وعرضا ما بين بحر طبرستان الى
بحر الهند فاقر الفضل بن السهل يحيى بن
معاذ على ما وراء النهر وهو اعلم واحكم
رجا بن ضحاك ولما فارق المأمون خراسان ووافى
جرجان في سنة ثلث ومأيتين عقد لرجا بن
ضحاك على كور خراسان سوى ما وراء النهر
ثم لغسان بن عباد على خراسان وسجستان
وكرمان وجرجان وطبرستان ورويان ودنباوند
وقومس فبقى على هذه الاعمال كلها سنتين
كاملتين وهو اعلم طاهر بن الحسين ولما وصل
المأمون الى بغداد في سنة اربع ومايتين اصلح
الاعمال بها فلما دخلت سنة خمس ومايتين
ومضى اكثرها تفرغ المأمون لخراسان فولى طاهرًا
ما بين بغداد الى اقصى الاعمال من المشرق
كلها وهى خراسان وسجستان وكرمان وقومس
وطبرستان ورويان ودنباوند والرى مع شرطة
بغداد التى كان يتوليها وعقد لولاته ذلك كله
في شهر رمضان المبارك سنة خمس ومايتين فقدم

بعد المأمون وقد كان الرشيد وليًا فى هذه
السنة عبد اللّه بن مالك بن الهاشم ما بين
خراسان وجرجان الى الماهين فقدم المأمون مرو
لعشر بقين من جمادى الاولى سنة ثلث وتسعين
ومائة واقام بها الى ان انتقل عن الامارة الى
الخلافة وتوفى الرشيد بطوس الى اثر قدومه بثلثة
عشر يوما ومات الرشيد لثلث خلون من جمادى
الآخرة فكان مبلغ مقام المأمون بمرو تسع
سنين ثم شخص عنها قاصدًا الى العراق فى
شهر ربيع الآخر سنة اثنتين ومأيتين فبقى فى
الطريق سنتين وكان المأمون ايام ابيه الرشيد
وايام اخيه الامين يسمى الامام اذ كان ولى
عهد الى ان واقع طاهر بن الحسين صاحب
جيشه وصاحب جيش اخيه على بن عيسى
ابن ماهان فقتله فحين ورد على المأمون خبر
قتله يسمى باميم المؤمنين وانهزم هرثمة بن
اعين فى الجيوش نحو العراق بعد ان عزله عن
ما وراء النهر واستعمل مكانه يحيى بن معاذ
ابن مسلم وذلك فى سنة خمس وتسعين ومائة
الفضل بن سهل وعقد المأمون للفضل بن سهل

مقيما سنتين ثم سار الى العراق يوم الخميس لثلث عشرة خلت من جمادى الاولى سنة اربع وثمانين ومائة قاصدًا للرشيد بالرى ثم انصرف الى مرو فورد سنة تسع وثمانين ومائة وهو اعلم هرثمة بن أَعْيَن ثم استعمل هرثمة بن اعين على ما كان الى على بن عيسى فقدم مرو يوم الاثنين لتسع بقين من شهر ربيع الآخر سنة اثنتين وتسعين ومائة فاقام بمرو خمسة واربعين يوما ثم عسكر وخرج نحو بلخ يوم الخميس لخمس خلون من جمادى الآخرة فاقام فى معسكره اربعة ايام ثم سار يوم الاثنين وسرّح عَليًا الى الرشيد يوم الخميس لخمس بقين من جمادى الاولى ثم اشخص على بن عيسى يوم الاثنين لثمان بقين من جمادى الاولى سنة اثنتين وتسعين ومائة وهو اعلم المأمون ولما دخلت سنة تسع وثمانين ومائة جعل الرشيد الى المأمون خراسان وسجستان وجرجان وطبرستان ورويان ودهناوند والرى خمس سنين وصيّر اليه امر اخيه القاسم بن الرشيد المسمى المؤتمن على انه ان شاء اقرّه وان شاء صرفه عن ولاية العهد

خليفته يحيى بن معاذ يوم السبت لثلث
عشرة خلت من شهر رمضان سنة سبع وسبعين
ومائة ثم قدم بعده الفضل بن يحيى مرو يوم
الاحد لسبع خلون من صفر سنة ثمان وسبعين
ومائة فاقام بمرو شهرا ثم سار الى سمرقند على
طريق بلخ ثم رجع الى مرو فاقام بمرو اياما
ثم خرج يوم الجمعة لسبع خلون من شهر
ربيع الاول سنة تسع وسبعين ومائة واستعمل
على خراسان عمرو بن جمل فعمل فيها تسعة اشهر
وهو اعلم بالسرائر منصور بن يزيد ثم وليها
منصور بن يزيد بن منصور بن الخالد المهدى
وقدمها يوم الثلثاء لاربع عشرة بقيت من ذى
الحجة سنة تسع وسبعين ومائة جعفر بن يحيى
ثم وليها جعفر بن يحيى بن الخالد فسرح
اليها خليفته على بن الحسن بن قحطبة ثم
بدأ الرشيد فى تولية جعفر فعزله من العمل
على بن عيسى ثم وليها على بن عيسى بن
ماهان فقدم ابنه يحيى بن على الى مرو على
خلافته وقدمها يوم الخميس لليلتين خلتا من
جمادى الآخرة سنة ثمانين ومائة فبقى بها

سبعين ومائة بعد النيروز بيومين ثم قدمها
جعفر يوم الخميس لليلتين خلتا من المحرم سنة
احدى وسبعين ومائة فغزا طخرستان ووجّه
جنودا الى كابلستان ثم رجع الى مرو فاقام
خمسة عشر يوما ثم عاد الى العراق يوم الاثنين
لاربع خلون من شهر رمضان سنة ثلث وسبعين
ومائة الحسن بن قحطبة ثم وليها الحسن بن
قحطبة فقدم خليفته فلما نزل كورة ايرشهر عزل
فانصرف وانصرف العباس بن جعفر فقدم بغداد
فى شهر شوال سنة ثلث وسبعين ومائة وهو اعلم
غطريف بن عطا ثم ولى غطريف بن عطا على
خراسان وجرجان وسجستان فقدم خليفته داود
ابن يزيد فقدم يوم الثلثاء لعشر خلون من
شهر رمضان سنة خمس وسبعين ومائة حمزة بن
مالك ثم وليها حمزة بن مالك الخزاعى فقدم
ابنه محمد فقدم يوم السبت لخمس خلون
من المحرم سنة سبع وسبعين ومائة ثم قدم حمزة
يوم الاربعاء لعشر بقين من صفر الفضل بن يحيى
ثم استعمل الفضل بن يحيى بن خالد على
خراسان وسجستان وجرجان وكور الجبل فقدم

ثم وليها ابو عون ثانيا فقدمها ابنه عبد الله
ابن ابى عون يوم الاثنين للنصف من شهر
صفر سنة ستين ومائة معاذ بن مسلم ثم وليها
معاذ بن مسلم حيث وجه بالجنود لقتال
المقنّع فقدم خليفته سلم بن سالم مرو يوم
الخميس لسبع بقين من شهر ربيع الآخر سنة
احدى وستين ومائة ثم قدم معاذ بعده فى
جمادى الاولى زهير بن المسيّب ثم وليها زُهَيْر
ابن المسيب الضبى فقدم مرو يوم الثلثاء لثلث
خلون من جمادىّ الآخرة سنة ثلث وستين
ومائة الفضل بن سليمان ثم وليها الفضل بن
سليمان ابو العباس الطوسى فقدم سعيد بن
بشر على خلافته فقدم سعيد يوم الاثنين
لخمس بقين من المحرم سنة ست وستين ومائة
ثم قدمها الفضل يوم الاثنين لخمس خلون
من شهر ربيع الاول وفى ولايته مات المهدى ثم
الهادى جعفر بن محمد ثم وليها جعفر بن
محمد الاشعث الخزاعى من قبل الرشيد فقدم
ابنه العباس بن جعفر على خلافة ابيه يوم
الجمعة لاثنى عشرة بقيت من ذى الحجة سنة

سبع وستين ومائة وهو اعلم حازم بن خزيمة
فقدم حازم بن خزيمة مرو يوم الخميس لاحدى
عشرة خلت من شهر ربيع الاول سنة ثلث
واربعين ومائة ابو عَوْن ثم ولى خراسان ابو
عون عبد الملك بن يزيد فقدم مرو سنة ست
واربعين ومائة فبقى عليها ست سنين وهو اعلم
ابو مالك ثم ولّيها ابو مالك اسيد بن عبد
الله الخُزاعى من قبل المنصور وامر بالسمع والطاعة
للمهدى فورد مرو فى شهر رمضان سنة تسع
واربعين ومائة فبقى واليا عليها الى ان مات بها فى
ذى الحجة سنة خمسين ومائة حازم بن خزيمة
ثم وليها حازم بن خزيمة ثانيا وخرج الى
اللغارية فى سنة احدى وخمسين ومائة وهو
اعلم بالحقائق حُمَيْد بن قحطبة ثم وليها
حميد بن قحطبة فقدم مروَ يوم السبت
لليلتين خلتا من شعبان سنة احدى وخمسين
ومائة وبقى بها الى ان مات بها يوم الاحد
مستهل شعبان سنة تسع وخمسين ومائة وهو
اعلم عبد الله حُمَيْد ثم كتب الى عبد الله
حميد بعهده فعمل سنة اشهر بها ابو عون ثانيا

بطخرستان فزحف الى مرو وقدمها يوم الاثنين
لسبع خلون من شوال سنة سبع وثلثين ومائة
وبقى بها اميرا الى ان مات بها فى يوم الجمعة
لسبع خلون من شهر ربيع الاول سنة اربعين
ومائة ابو عصام بن سليم فقام على ضبط
خراسان صاحب شرطته ابو عصام عبد الرحمن
ابن سليم فعمل بها سنة وشهرا وهو اعلم
بالحقائق عبد الجبار بن عبد الرحمن ثم قدمها
عبد الجبار بن عبد الرحمن الازدى فورد مرو
يوم السبت لاربع عشرة خلت من شهر ربيع
الآخر سنة اثنتين واربعين ومائة وحازم بن خزيمة
يومئذ بالربدانقان فعصى عبد الجبار وارتكب
العظائم فقدم المهدى نيشابور وهو ولى العهد
فوجه حازم بن حريمة الى عبد الجبار فاخذه
وجاء به الى المهدى فولّاه مرو ورجع المهدى
الى الرى فاقام بها الى سنة اربع واربعين ومائة
ثم رجع الى بغداد ثم عاد الى الرى فى سنة
ست واربعين ومائة وبقى بها الى سنة احدى
وخمسين ومائة ثم عاد منها الى بغداد ثم
وجّه المهدى ابنه الهادى الى جرجان فى سنة

يوم الاثنين للنصف من شهر ربيع الاول سنة
ثلثين ومائة ثم قدم عليه ابو جعفر اخو امير
المومنين لأخذ البيعة عليه وعلى من معه
ثم انصرف عنه وخرج الى العراق غرة شهر
رمضان سنة ست وثلثين ومائة قادمًا على السفّاح
ابى العباس الانبار وحج تلك السنة وعلى الموسم
ابو جعفر فمات السفاح فى تلك السنة وقدم ابو
جعفر من الحج ارض العراق فاخرج ابا مسلم
الى عمه عبد الله بن على فخرج عليه فى صفر
سنة سبع وثلثين ومائة فهزم عبد الله يوم
الثلثاء لست خلون من جمادى الآخرة سنة
سبع وثلثين ومائة ثم نقل ابو مسلم منصرفا
الى خراسان فى رجب فنزل حلوان يوم الخميس
لثلث عشرة ليلة خلت من شعبان فاتته رسل
ابى جعفر فرجع اليه قادما المدائن عشية يوم
الثلثاء لخمس بقين من شعبان فقتله غداة
يوم الاربعاء لاربع بقين منه سنة سبع وثلثين
ومائة ابو داود خالد بن ابرهيم ولما فرغ المنصور
من قتل ابى مسلم كتب الى ابى داود خالد
ابن ابرهيم الذُهْلى بعهده الى خراسان وهو

الناس ناحيتهم يبغضونهم الى النفوس وينهون
عن ملابستهم والاختلاط بهم حتى اتاح الله
لهم منير الظلمة ابا مسلم صاحب الدولة
فطهّر منهم البلاد ونجى منهم العباد وامّا
القائمون بامر الدولة المقبلة من طبرستان
فلدفعهم عن بلاد الاسلام معرّة القرامطة
وتنظيفهم دار الملك من الذعار وبغاة الفتنة
وقمعهم لليريديين الذين كانوا اعداء الدولة
المزيلين لهيبة الخلافة والمحدثين الرسوم الرسوميّة
اصلاهم اللّه حر السعير وآخذ الآن فى ذكر
تواريخ ولاة خراسان وبالله التوفيق وكان
مستقرّ ولاة خراسان من اول ما ملكها العرب
الى الآن فى ثلث بلدان مرو نيشابور بخارا
فبقيت مرو دار الامارة الى ان ورد عبد الله
ابن طاهر اميرًا على خراسان فنزل نيشابور ونزل
مرو ثم بقيت نيشابور دار الامارة الى ان ولى
اسمعيل بن احمد بن اسد اعمال الطاهر فسكن
بخارا ابو مُسلم ناقل الدولة ظهور ابى مسلم
ناقل الدولة بخراسان للنصف من شهر رمضان
سنة تسع وعشرين ومائة فنزل دار الامارة بمرو

Equidem homines propterea quod a principio temporum, oculis ad lunas renascentes versis, menses esse cognoverint, annum quoque e commutationibus temporis quadripartitis intellexisse arbitror, quibus sol per coeli domus ac circulos sine ulla intermissione circumagitur. Dierum vero accretione et perennitate ordo cum fieret perdifficilis, annos certis temporibus terminare coeperunt atque omnes terrae populi ad cursum duorum siderum, Solis ac Lunae, accommodarunt. Qui ad solis cursum constituerunt, quinque sunt, et totidem, qui ad cursum lunae: ii qui secundum solem tempora notant, Graeci sunt, Syri, Aegyptii, Romani et Persae; qui ex lunae motu id faciunt, Indi, Arabes, Judaei, Christiani et Muhammedani. Qui omnes populi antiquissimis temporibus, antequam religiones divinitus patefactae essent, gens una erant, duobus appellata nominibus, Sumaniorum et Chaldaeorum. Sumanii in Orientis finibus habitabant, eorumque posteri in regionibus Indorum, Serum et Chorassanensium adhuc degunt: vocantur hodie pluraliter Schamnan, singulariter Schaman. Chaldaei occidentis tractum occupabant eorumque nepotes in urbibus Carrarum atque Edessae hodieque reperiuntur. Eo nomine abiecto tempore Mamuni Sabaeorum nomen assumpsere, causa quadam permoti, quam ob moram referre piget; eorum mentio fit in Lege Mosaïca nomenque Syriaca dialecto sonat Caldaï, a singulari Caldaia.

Illorum decem populorum anni breviores sunt, quam anni cursus solaris, quo nox et dies fiunt,

atque ideo quod unus e circulis solis ad cursum deficit, intercalandi necessitatem imposuerunt, ut anni temporibus quatuor pariter divisis, quaevis tempestas suo semper incipiat tempore ipsoque die, in quem cadere et ubi anno vertente redire debet. Hodieque intercalatione in annis Alexandrinis Graecorum utuntur, in Islamiticis, qui vocantur Moetadhidaei, in Israëliticis et aliis. Persis quoque annus intercalaris fuit, qui ab initio rerum usque eo mansit dum Arabes regnum eorum everterunt; itidem Arabibus tempore Ignorantiae mensis intercalaris nomine Nessi fuit, quem tamen Muhammedis religio abrogavit. Praeterierant Persarum anni CCLXXXI absque ulla intercalatione, cum Moetadhidus anno octogesimo secundo corrigendi temporis causa intercalare instituit, atque hanc rationem Moetadhidaeam Iracae populus in computandis annis adhuc sequitur. Ad intercalares adhibendos impulit populos, dierum ac noctium ratio, quae solis motu efficitur, inde ab ortu eius ad ortum diei proximi. Atque sol, quando e domibus orbis coelestis redit, ab occidente orientem petens, eundem locum diebus CCCLXV et diei parte quarta repetit, quae interiectis quatuor annis unum diem conficit, huic quadriennio addendum: et hic ille quadrans est, qui intercalare dies populos adegit.

Vox *Taarich* recens in linguam Arabicam invecta est e Persico vocabulo Mahruz, qua de re narrationem quandam a Meimuno filio Mehranis audiisse meminit Furatus, Selmani filius. Omar enim, Chatthabi filius,

cum ei tabulae exhibitae essent, in quibus mensis Schaban solvendo debito constitutus erat, interrogavit: Uter Schaban, is quo vivimus, an venturus? Tum arcessitis sociorum proceribus, Opes, inquit, accreverunt; quod inde exsolvimus, non certo tempore exsolvimus; quando igitur ad illud pervenietur, de quo nihil constitutum? Responsum est, id ex Persarum legibus intelligi oportere. Hormozanes deinde accitus et interrogatus, Est nobis, inquit, computandi modus, sermone nostro Mahruz dictus, hoc est numerus mensium ac dierum. Itaque vocem in Arabicam linguam translatam pronuntiabant *Muarrach*, et infinitivo inde formato, *Taarich*, utebantur. Dein regnis Muhammedanis tempus tanquam radicem chronologicam quaerebant, diu tamen dissentiebant: placuit posthac ordiri annos a fuga Muhammedis.

Explicit libri initium, incipit annalium series.

Liber Primus.

Series chronologica regum Persarum secundum quatuor eorum familias; recensio Prophetarum, qui illorum tempore in Occidente extitere.

Insunt capita quinque.

Caput I.

De quatuor regum Persarum familiis absque ulla rerum gestarum vel vitarum vel virtutum notitia.

Regum Persarum familiae quatuor propter regni diuturnitatem nomenque omnibus commune quatuor appellationibus sunt insignitae: Pischdadarum, Caianidarum, Aschghanidarum, Sassanidarum. Quorum tamen historia valde turbata atque omni fere veritate destituta est, propterea quod CL annis demum postea e lingua in linguam, atque e scriptura, ubi unitatum numeri similes sunt, in scripturam, ubi denarii numeri sibi similes, est translata. Neque ad ea narranda, quibus hoc in capite opus erit, aliud perfugium mihi fuit nisi collecti quidam libri, qui res diversissimas continebant. Ita octo libros nactus eram: Vitas

regum Persarum, interprete Ibn Almocaffa; Vitas regum Persarum, interprete Muhammede filio Aldjehm, Barmecida; Vitas regum Persarum, interprete Dadveih filio Schahveih, Ispahanensi; Annales regum Persarum, depromptos e bibliotheca Almamuni; Annales regum Persarum interprete vel concinnante Bahram filio Matthiaris, Ispahanensi; Annales regum Sassanidarum, interprete vel concinnante Hischam filio Alcassim, Ispahanensi; Annales regum Sassanidarum, recensitos a Bahram, filio Merdanschah, magorum in vico Schabur, qui in Perside est, antistite. Libros comparatos alium cum alio contuli, quo argumentum huius capitis exploratum haberem. Abu Maschar astronomus plurimas chronologias perhibet esse falsas, conturbatas: errorem autem irrepsisse eo, quod tempus, cuius dies producuntur, annos cuiusvis populi abstulerit. Cum vero ex libro in librum, e lingua in linguam transferrentur, errores sive adaugendo sive diminuendo apparuerunt: sicut ille, in quem Judaei lapsi sunt, qui, dum res a vatibus ac populis gestas narrant, de annis inter Adamum et Noam aliosque praeteritis vehementer dissentiunt. Atque eo modo plurimi in orbe terrarum populi dissentiunt. Neque minus in annis et historiis regum Persarum, quamvis ii sine ulla temporis intermissione regnarent, falsitas gravis, et errores conspicui observantur. Ita f. terram iterum atque saepius expectasse dicunt, hoc est, rege omnino caruisse, sive indigena fuerit, sive accitus aliunde; primum quidem a Caiumratho mortuo, hominum parente, usque ad Huscheng Pischdadae

regnum, CLXX et aliquot annos; secundo, Arianam regionem, quam Afrassiab Turca XII annos occupasset, post huius in Turanam reditum posteriorem sine principe mansisse, nescio quamdiu; tertio, Zab defuncto terram vexatam fuisse multos annos, quorum numerus ignoretur, neque ullum ad Caicobadem regem esse creatum. Porro imperium a primo aevi die ad tempus, quo ad Arabes delatum fuit, pluries ab iis ad gentem peregrinam migravisse tradunt, eamque ob causam regum antiquissimorum annos valde conturbatos: primum Piveraspis, dein Afrassiabi, tertium Alexandri tempore, quartum denique cum potestas ad Arabes transferretur. Abu Maschar et de regum vitis dissentiri refert; sic Caicobadem quidam CXX annos regnasse contendunt, alii decem et aliquot tantum. Idem auctor haec addit: Graecorum anni aeque ac Persarum dubii sunt, quia anni et annales e scriptis Hebraeorum sunt translati, quorum ea de re sententiae variant; id enim, quod Samaritani afferunt, cum dictis reliquorum ullo modo non convenit. Graecorum ipsorum interpretationes differunt, septuaginta virorum versione a ceteris discrepante. Notissima dissensio exsistit de annorum numero, qui inde a mundo condito ad Fugam praeterierint: Judaei, qui hunc computum e Pentateucho ducunt, IV millia et XLII annos numerant cum mensibus tribus; Christiani, eundem librum secuti, quinque millia DCCCCXC annos et tres menses. Persae, qui ex Avesta, libro sacro a Zerduscht (Zoroastre) iis apportato computant, e tempore Caiumrathi,

hominum parentis, ad regnum Jezdegerdis quatuor millia CLXXXII annos, decem menses et undeviginti dies colligunt. Verumtamen astronomi rem affirmant, quae his omnibus contraria videtur: praeteriisse ١٢
aiunt a primo die, cum sidera e capite Arietis egressa sint, ad diem, quo Motavakkel Damascum profectus sit, annos solares quater millies trecenties vicies mille millia, atque a diluvio ad diem, quo Jezdegerdes regnum acceperit, — fuit autem is dies Martis et mensis Hormozd dies Ferverdin, — sive a solis ortu illius diei ad ortum primi diei mensis Moharremi, anno CCXLIV, — iterum mensis Hormozd die Ferverdin, — quo Motavakkel Damascum profectus sit, tria millia DCCXXXV annos, X menses, XIX dies praeteriisse. Id illud est tempus, ex quo orbis terrarum exstare coepit atque historia regum Persarum ducitur.

Fausto numine divino: Persae omnes ad unum genus humanum ab uno homine originem trahere perhibent, nomine Caiumrathi, cognomento Gil-Schah sive terrae domini, qui XL annos regnavit.

Familia prima, Pischdadae: numero novem reges, qui cum Gil-Schaho duo millia CCCCLXX annos imperium gesserunt. Regnavit ita Uschhendj Pisch- ١٣
dades, regum primus, annos XL; Thahmurath, filius Veivendjehani, XXX; Djem, frater eius et filius Veivendjehani, DCCXVI; Piveraspes filius Arvendaspis, M; Ifridun, filius Athfianis, D; Minuschehr, CXX; Afrassiab, Turca, XII; Zab, Sumaspis filius,

triennium; Gerschaspes una cum Zab, IX annos. — At Deus uerum novit.

Familia secunda, Caianidae: numero decem reges, qui spatio DCC et nonaginta annorum rerum potiti sunt; nempe Cai Cobades CXXVI; Cai Caus CL; Cai Chosru LXXX; Cai Lohraspes CXX; Cai Gustaspes CXX; Cai Behman CXII; Homai Djeherezad XXX; Dara, filius Behman, eius frater, XII; Dara, filius Darae, XIV; Alexander XIV.

۱۴ Familia tertia, Aschghanidae: numero XI reges, qui CCCXLIV annos imperium obtinuere; et quidem Aschk, filius Aschk, LII annos; Sapor, eius filius, XXIV; Gudarz, Saporis filius, L; Vanchan, Balaschi fratris filius, XXI; Gudarz Minor, eius filius, XIX; Narsi, eius frater, XXX; Hormozan, filius Balaschi, filii Saporis, eius avunculus, XVII; Piruzan, eius filius, XII; Chosru, eius filius, XL; Balasch, eius frater, XXIV; Ardevan, eius filius, LV.

Familia quarta, Sassanidae: numero XXVIII reges, qui CCCCLVIII annos, III menses et XVIII dies regnavere; nempe: Ardaschir, filius Babeci, XIV an-
۱۵ nos et dimidium; Sapor, filius Ardaschiri, XXX annos cum XXVIII diebus; Hormoz, filius Saporis, annum decemque menses; Bahram, filius Hormoz, triennium, tres menses diesque totidem; Bahram, filius Bahrami, filii Bahrami, XIII annos et IV menses; Narsi, eius frater, annos IX; Hormoz, filius Narsi, VII annos et V menses; Sapor, filius Hormoz, LXXII annos; Ardaschir, eius frater, filius Hormoz, quadriennium; Sapor, filius Saporis, V annos et IV menses; Bahram,

filius Saporis, XI annos; Jezdegerdes Sceleratus, filius Bahrami, XXI annos, V menses et XVI dies; Bahram Gur, Jezdegerdis filius, XX annos; Jezdegerdes, filius Bahram Guri, XVIII annos, IV menses et XVIII dies; Piruz, filius Jezdegerdis, XXVII annos; Balasch, filius Piruz, IV; Cobades, filius Piruz, XLIII; Kesra Anuschirwan, filius Cobadis, XLVII annos et VII menses; Hormoz, filius Kesrae, XXI annos, VII menses et X dies; Kesra Parviz, filius Hormoz, XXXVIII annos; Schirveih, filius Kesrae, menses VIII; Ardaschir, filius Schirveih, annum et sex menses; Buran, filia Kesrae, annum et IV menses; Huschauschbendeh, qui regiae stirpis non erat, duos menses; Azermi, filia Parviz, annum et IV menses; Chorzad Chosru, mensem singulum; Jezdegerdes, filius Schahriar Parviz, annos XX. — Ita omnino regnatum est in Persia a LX regibus annos quater mille LXX et unum, menses X, dies XIX.

Caput Secundum.

Repetitis iis, quae Annalium capite primo tractata sunt, additur commentarius Mussae, filii Aissae, Cosroitae.

Librum Chudai-Nameh, ita inquit Mussa, qui ex Persico Arabicus factus Historia Regum Persarum appellatur, cum legerem et varia eius exempla identidem et accuratissime compararem, haec ita inter se

discrepare inveni, ut ne duo quidem prorsus inter se convenirent. Id inde proveniebat, quod librariis res perplexae esse videbantur. Congressus quondam apud Ala, Ahmedis filium, Meraghae praefectum, cum Hassano, Alii filio, Hamadanensi, qui in illa urbe tabellio erat, et quo eiusmodi rerum neminem peritiorem inveni, annos tertiae ac quartae e regum Persarum familiis, qui post Alexandrum imperium administraverunt, Aschghanidarum et Sassanidarum, computavi, Alexandrinam consecutus rationem, quae tabulis astronomicis est fundamento. Deinde ut exordium aliquod haberemus, tempus inter Alexandri et Fugae aetates interiectum quaesivimus idque in tabulis astronomicis, observationibus firmatis, probatum invenimus, unde relata hoc loco referimus. Siderum spectatores inter Alexandrum et Fugam, id est, inde a meridie diei Lunae, primo die Tischrin mensis prioris, ad meridiem diei Jovis Moharremi, interesse contendunt CCCXL millia nongentos et unum diem, sive annos lunares nongentos sexaginta et unum cum CLIV diebus, sive annos Chaldaeos, quorum quivis CCCLXV diebus et quadrante constat, nongentos triginta duos et dies CCLXXXIX, qui IX menses et XIX dies efficiunt. Adiecimus postea XL annos spatii inde a Fuga praeterlapsi ad finem regni Persarum, cum Jezdegerdes interemtus est, ita ut numerus ad nongentos LXXII annos et CCLXXXIX dies ascenderet. A regno Aschghanidarum CCLXVI annis sublatis aetas Sassanidarum remansit: id est anni DCCVI et dies CCLXXXIX, inde ab initio regni Ardaschiri ad

caedem Jezdegerdis. Postquam omnino de Sassanidarum aevo rectum videre coepimus, singula correximus atque regum numerum, nomina tempusque perquisivimus. Quo facto propter similitudinem tria nomina, sicuti Jezdegerdis et Bahrami, ab librariis esse omissa deprehendimus. Sic Jezdegerdes Sceleratus, pater Bahram-Guri, filius est Jezdegerdis, filii Bahrami, filii Saporis: ille vero Jezdegerdes, quem omittunt et ad nomen usque obliviscuntur, filio Jezdegerde Scelerato praestantior fuit, atque Schervini Destenii dominus, non Sceleratus iste; 19
fuit iustus rex et clemens et benignus, filio suo maxime absimilis. Potissimum propter fidem celebratur: imperator enim Romanorum, qui id temporis regnabat, moribundus filio suo pupillo Jezdegerdem tutorem per testamentum instituit, ita ut ex optimatibus regni sui aliquem mitteret, qui ad puberem filii aetatem Graecas provincias administraret. Misit ille Schervinum Barnianem, pagi Destenii praefectum, qui gubernator nominatus Graecorum terris XX annos praefuit. Tum vero eius officii religionem demonstravit, cum filio regnum redderet et Schervinum, urbe Baschirvan condita, quae postea Arabibus appellata fuit Badjirvan, revocaret. — Itidem duo nomina, sono simillima, librarios in errorem induxerunt: Bahram, filius Bahrami, filii Bahrami; omiserunt enim alterum Bahramum, filium Jezdegerdis, filii Bahram-Guri, patrem Piruz.

Equidem annos Sassanidarum regum ordine congessi, quo, quae in libris prostant errata, facilius

detegerem, si quidem Deo Optimo Sanctissimo ita visum foret. — Regnavit Ardaschir, Babeci filius,
٢٠ annos XIX et dimidium; Sapor al Djunud, filius eius, XXXII annos et IV menses; Hormoz, Saporis filius, annum singulum cum X mensibus; Bahram, eius filius, IX annos et tres menses, Bahram Bahrami filius, XXIII, vel uti putant alii, XVII annos; Bahram, filius Bahrami, filii Bahrami, XIII annos quatuorque menses; eius frater Narsi, filius Bahrami, filii Bahrami, IX annos; Hormoz, filius Narsi, XIII annos; Sapor, Dulactaf [humerorum perforator] filius Hormoz, LXXII annos; Ardaschir, filius Hormoz, usque dum Saporis filius e pueris egressus est et adolevit, quadriennium; Sapor, filius Saporis, LXXXII, nondum natus corona supra matris ventrem iam insignitus est; Bahram, eius filius, XII; Jezdegerdes Mitis, filius Bahrami, filii Saporis, Schervini Destenii dominus, LXXXII; Jezdegerdes Sceleratus, filius Jezdegerdis, XXII; Bahram Gur, filius Jezdegerdis, XXIII; Jezdegerdes, eius
٢١ filius, XVIII annos et V menses; Bahram, filius Jezdegerdis, XXVI annos atque mensem unum; Piruz, eius filius, XXIX annos; Balaseh, filius Piruz, III; Cobades, frater eius, filius Pirus, LXVIII annos, secundum maiorem Vitarum librum, secundum vero minorem XLIII; Kesra Anuschirvan, eius filius, XLVII annos, VII menses et aliquot dies; Hormoz, eius filius, XXIII annos, vel sicuti alii ei tribuunt, XIII tantum; Kesra Parviz, filius Hormoz, XXXVIII; Schirveih, filius Kesrae, VIII menses; Ardaschir, filius Schirveih, annum; Schehrizad, qui regiae stirpis non

erat, XXXVIII dies; Buran, filia Kesrae Parviz, annum et aliquot dies; Messiae crucem Patriarchae reddidit; Huschnuschbendeh, qui regiae prolis non erat, duos menses; Chosru, filius Adi, filii Hormos, filii Anuschirvani, X menses; Piruz, e posteris Ardaschiri, filii Babeci, duos menses; Azermindocht, filia Kesrae ۲۳
Parviz, IV menses; Farruch, filius Kesrae Parviz, mensem et aliquot dies; Jezdegerdes, filius Schahriar, XX annos. — Fuerunt autem octo, qui post Kesram Parviz quadriennium et VI menses regnavere; nonus est Jezdegerdes, filius Schahriar.

Haec in universum chronologia est, quae Sassanidis inter reges Persarum tribuitur, atque ego summam operam navavi, ut eam ex illo commentario colligerem. Neque tamen propter hallucinationes, quae ibi deprehenduntur, tempora Sassanidarum aetati anteriora perscrutatus sum: illae enim horum regum temporibus idcirco reperiuntur, quod Babylone capta Alexander incolis victis invidebat disciplinas, quae nisi forte apud hunc populum, nusquam exercebantur. Libris omnibus, quos manus eius consequi poterat, combustis, vitas magorum antistitum, sacerdotum, sapientium et doctorum virorum, qui praeter alias scientias historiam eorum memoria tenebant, aggressus est atque ademit, postea quam quae ex disciplinis placuerant, in Graecam linguam fuerunt translatae. Deinde per totum Aschghanidarum regnum, qui et Reguli Populorum appellantur, Persae obscuri degebant, nec quisquam iis scientiarum studium re- ۲۴
staurabat, vel scientiae operam dabat, usque dum

Ardaschiro imperante iis ipsis principatus rursus rediit. Qui cum rerum summa potitus esset, non aliter quam ab initio regni sui annos computare instituit: posthac unusquisque Sassanidarum eandem rationem secutus pro regno suo annos numeravit, qua re denique calculus conturbatus est. Optima ratio apud Arabum principes obtinet, qui ab initio Fugae regna sua numerantes ad id tempus computant, quo degunt.

Haec fere omnia sunt, quae Cosroïta congessit, praeter quae addit, se accuratissima diligentia usum fuisse, ut temporis Sassanidarum atque annorum Alexandrinorum congruentiam assequeretur. Verumtamen ea quoque, quae Cosroïta narrat, quibusque, tanquam verum repererit, gloriatur, laborant, neque revera cum annis Alexandrinis congruunt; etenim in additione accuratiore numerus excrescit ad DCXCVI annos, IX dies. Discrimen inter id, quod tabulis astronomicis collatis mihi remanet, et quod Cosroïta eruit, XC annos, IX menses et X dies efficit.

Caput tertium.

Repetitis omnibus, quae primo capite relata
۲۴ sunt, accedit commentarius Bahrami, filii Merdan-Schah, magorum in Schabur, quod in Perside est, antistitis.

Equidem, dicit ille magus, plura quam viginti exempla libri Chudaï-Nameh collegi, cum Persarum historias vellem corrigere, incipiens inde a Cajumrathe,

hominum genitore, et prosequens ad ultimam aetatem, qua eorum potestas ad Arabes devoluta est. Primus homo qui in terrarum orbe extitit, a Persis Cajumrath Gilschah, hoc est dominus terrae, appellatus est, eiusque imperium universam terram XXX annos amplectebatur. Is filium atque filiam, nominibus Maschae et Maschianae, reliquit, qui ab initio per LXX annos liberis carentes, postea intra dimidium seculum pueros puellasque habuerunt XVIII. Quibus mortuis terra spatio nonaginta quatuor annorum octoque mensium rege orbata fuit; tempus vero, quod inter finitum Cajumrathis imperium et initum Uschhendj Pischdadae intercessit, CCXCIV annos conficit et octo menses. Regnavit deinde Uschhendj, filius Firvalis, filii Siamec, filii Maschae, filii Cajumrathis, XL annos; Thahmurath deinde, filius Veivendjehani, filii Aiuncahd, filii Huncahd, filii Uschhendj, XXX annos omnibus terris imperavit; tum Djem, frater eius, filius Veivendjehani, septem zonis DCXVI annos imperavit, tum vero fugatus a Piveraspe, seculum latuit; Piveraspes septem zonas mille annos administravit; Feridun, filius Athfiani, regionem Hunirah D annos rexit; Minuschehr CXX annos una cum tempore, quo Afrassiab Turca eius regnum per vim atque violentiam occupavit; Zav, filius Thahmaspis, quadriennium: hoc rege Gerschaspes provincias quasdam administravit. — Ita a familia prima omnino regnatum est a novem regibus, annos duo millia DCCXXXIV et sex menses.

Familia secunda. Regnavit Cai Cobad annos C; Cai Caus, filius Cai Cobadis, CL; Caj Chosru, filius

Siavuschi, filii Cai Causi, LX; Cai Lohraspes, CXX; Cai Gustaspes, filius Cai Lohraspis, itidem CXX; Cai Ardaschir, filius Isfendiaris Gustaspis, qui etiam Behman appellatur, CXII; Homaï Djeherezad, filia Behmani, filii Isfendiaris, mater Darae, filii Behmani, XXX; Dara,
٢٦ filius Behmani, XII; Dara, filius Darae, filii Behmani, XIV. — A familia secunda omnino regnatum est a novem regibus annos DCCXVIII; successit Alexander Graecus et regnavit annos XIV, tum Graeci eorumque praefecti, qui origine Persae erant, LIV annos, id quod conficit annos LXVIII. At Deus omnia optime novit.

Familia tertia. Regnavit Asche, filius Darae, filii Darae, decennium; Asche, filius Aschcani, annos XX; Sapor, filius Aschcani, LX; Bahram, filius Saporis, XI; Balasch, filius Bahrami, XI; Hormoz, filius Balasch, XVIII; Narsi, filius Balasch, XL; Piruz, filius Hormoz, XVII; Balasch, filius Piruz, XII; Chosru, filius Meladani, XL; Balaschan, XXIV; Ardevan, filius Aschcanani, XIII; Ardevan Maior, filius Aschcanani, XXIII; Chosru, filius Aschcanani, XV; Behaferid, filius Aschcanani, XV; Balasch, filius Aschcanani, XXII;
٢٧ Godarz, filius Aschcanani, XXX; Narsi, filius Aschcanani, XX; Ardevan Minor, persice Aphdam nominatus, XXXI. — Itaque ab hac familia omnino regnatum est a XX regibus, Alexandro incluso, annos CCCCLXIII, sicut in libris reperitur.

Familia quarta. Deinde Ardaschir, filius Babeci, regnum obtinuit, postquam XXX annos in bello cum Regulis distentus fuit; regnavit autem annos XIV, menses X, dies XV; Sapor, filius Ardaschiri, annos

XXX; Hormoz, filius Saporis, biennium; Bahram, filius Hormoz, triennium cum tribus mensibus; Bahram, filius Bahrami, annos XVII; Bahram, filius Bahrami, filii Bahrami, annos XL et IV menses; Narsi, frater Bahrami, filii Bahrami, annos IX; Hormoz, filius Narsi, VII; Sapor, filius Hormoz, LXXII; Ardaschir, frater Saporis, IV; Sapor, filius Saporis, V; Bahram, filius Saporis, Kermanschah, XI; Jezdegerdes Sceleratus, filius Bahrami, annos XXI, menses ۲۸
V et XVIII dies; Bahram-Gur, filius Jezdegerdis, annos XIX et XI menses; Jezdegerdes, filius Bahram-Guri, annos XIV cum IV mensibus et XIX diebus; Piruz, filius Jezdegerdis, annos XVII; Balasch, filius Piruz, IV; Cobad, filius Piruz, XLI; Kesra, filius Cobadis, XLVIII; Hormoz, filius Kesrae, XII; Kesra, filius Hormoz, filii Kesrae, XXXVIII; Cobad, filius Kesrae, filii Schirveih, VIII menses; Ardaschir, filius Schirveih, annum et VI menses; Buran, filia Kesrae, annum cum IV mensibus; Piruz, appellatus Chuschnuschbendeh, aliquot dies; Azermin, filia Parviz, VI menses, si addideris Chuschnuschbendae regnum aliquot dierum; Churzad Chosru, filius Parviz, annum singulum; Jezdegerdes, filius Schahriar, annos XX. — Totus familiae quartae annorum numerus, exceptis XXX illis, quibus Ardaschir, Babeci filius, cum Regulis ۲۹
bellavit, accedit ad annos CCCCLVI, mensem unum et dies XXII; totum vero tempus inde ab orbe condito ad ultimum regem Persarum, quorum LXVI recensentur, annos amplectitur quatuor millia CCCCLXIX, menses IX, dies XXII.

Caput quartum.

Epitome historiae regum Persarum, quae respondet antecedentibus tabulis chronologicis et congruit cum iis, quae in Vitis extant.

Uschendj Pischdades primus rex Persarum fuit. Significatio vocabuli Pischdad est judex primus, quoniam primus fuit, qui in regno iudicavit. In urbe Istachrensi, quae Bumi Schah sive regis sedes appellabatur, rex creatus est. Persae eum, aeque ac Vigertem, fratrem eius, vates fuisse credunt. Inter res novas, quas instituerit, ferrum effodisse perhibent atque omnem artem in fabricandis armis aliisque instrumentis artificiosis exhausisse; homines iussit feras venari et interficere.

Thahmurath Zibavend, quod cognomen virum significat armis probe instructum, condidit Babylonem urbem et castrum Mervense, et, sicuti in quibusdam libris legitur, Cardindad, unam e septem urbibus Madaïn. (Hanc ego Curdabad esse suspicor, de qua
٣. historia extat; Curdabad vero excisa nominis quoque literae permutatae sunt.) Ispahanae Mahrin et Sareveih, aedificia altissima, exstruxit: prius exinde nomen vico dedit, qui ad pedem aedificii, appellati antea Cue, id est concameratum domus fastigium, jacet; Sareveih pluribus annorum millibus post moenibus urbis Dschai inclusa fuit; utriusque molis adhuc cernuntur vestigia. Eius tempore numinum fictorum simulacra colere atque conficere homines instituere;

cum enim homines per mortem amicis privarentur, ad horum similitudinem imagines effingebant, ut adspectu earum se consolarentur. Quod tam diu observarunt, ut denique imagines coli ipsis placuerit, colendi autem hanc praetexebant causam, quod illi, tanquam deprecatores, eos Deo commendarent. Eodem regnante ieiunià propter annonae caritatem instituta sunt, quorum auctores, homines pauperes, asseclae viri cuiusdam Judaspis indicantur; qui praeceperunt, ut die paterentur famem voluntariam et postea aquae tantillum sumerent, quantum vitae sustentandae sufficeret. Frequenti usu assuefacti hunc morem pro religione rituque sacro, qui Deo placeret, habeurnt. Cuius sectae homines Chaldaei nuncupantur, qui florente imperio Muhammedano Sabaeorum nomen sibi indiderunt iique revera sectam Christianam efficiunt, quae segregata a reliquo Christianorum coetu et pro haereticis habita inter Badiam et Bathi- ٣٤
cham incolit. Thahmurath dixisse traditur haec: unusquisque populus sua superstitione gaudet, quare eos ne vexatote. Hodieque id edictum in India viget.

Djemschid. Significatio vocis schid est lux, inde et sol vocatur churschid. Regem hunc inde appellatum ferunt, quod lux ex eo effulserit; is est Djem, filius Pinvengehani, filii Ahuncahd, filii Aiuncahd, filii Uschhendj Pischdadae. Multa ab eo egregie gesta sunt, quae in vitis leguntur et quae missa facio, ne capitis huius narratio moram afferat. Inter opera admirabilia, quae edidit, pons memoratur, in Tigride factus, qui ad Alexandri tempora diutissime

perstitit, a quo est rescissus. Reguli eum redintegrare studuerunt, sed impotentes in restaurando haeserunt. Vestigia pontis adhuc cernere licet in Tigridis aggeribus, ad ripam occidentalem duarum ex urbibus Madaïn; aquis decrescentibus nautae locum evitant. Ctesiphontis civitatis, maximae inter septem urbes Madaïn, fundamenta iecit.

Piveraspes Deh ac sive qui decem scelera in terra commisit, quae commemorare huius loci non
۳۴ est: deh enim decem, ac scelus denotat. Denominatio summum vituperium continet, in arabicum vero sermonem translata, summae laudis significationem nacta est, cum Deh ac mutatum sit in Dhahac, sicuti in libris Arabicis scribitur. Verum eius nomen est Piveraspes, filius Arvendaspis, filii Ricaven, filii Madeh Sareh, filii Tadj, filii Firyal, filii Siamec, filii Maschi, filii Cajumrathis. A Tadj, eius avo, Arabes originem ducunt, quam ob rem Tadjian nominantur. Piveraspes Babylone commorari solebat, ubi domum ad instar gruis aedificaverat: ipse eam Culeng Dis appellavit, incolae autem Dis Het.

Feridun terram Hunirah quinque per secula administravit; trigesimo regni anno Abraham, propheta dilectus, natus est; tempore Minuschehri Moses extitit atque Israëlitas ex Aegypto eduxit; tempore Cai Chosru Salomo Israëlitis imperavit; tempore Lohraspis Bochtnasr in terram Occidentis invasit atque Hierosolymis excisis Judaeos captivos in regiones Orientis abegit ibique per urbes ad opera servilia distribuit. Gustaspe rege Zerduscht inclaruit; tempore Darae,

filii Darae, Alexander in terram Orientis pervenit;
tempore Saporis, filii Aschc, Messias; tempore ۲۳
Saporis, filii Ardaschiri, Mani; tempore Cobadis
Mazdac extiterunt. Feridunem regnum inter Selem,
Todj et Iredj, filios suos, partitum esse ferunt:
Iredjo, natu minimo, Iracam provinciam adiectis
Occidentis et Indiae terris dedit eumque corona
et solio insignivit; Romanorum ad usque Francorum
terram una cum Occidente Selemo, filiorum
maximo; regiones Tibetanam, Sinensem et Orientem
Todj, filiorum medio, tribuit; Todj vero et Selem,
fratri invidentes, de hoc interficiendo inter se convenerunt.
Feridun incantamenta introduxit, antidota e
corporibus viperarum primus paravit, fundamenta artis
medicae posuit, succos, qui ab animantibus morbos
propellerent, e plantis extraxit atque asinos equabus
admisit ad producendos mulos, qui asini firmitatem
cum celeritate equi coniunctam haberent.
Sedem habuit Babylone. Attamen Deus omnia melius
novit.

Minuschehr, unus e posteris Iredj, filii Feridunis,
fluvios Euphratem et Mihranem, qui Euphrate
est maior, navigabiles fecit; ex Tigridis et
Euphratis alveis magnos canales derivavit. Anno
regni eius sexagesimo Moses Israëlitas ex Aegypto
eduxit atque XL annos eorum res administravit, in ۲۴
deserto, Tih nominato, commoratus est ibique Legem
iis scripsit. Eiusdem regis tempore Josua, Mosis successor,
Israëlitas e deserto in Palaestinam perduxit.
Minuschehr e regionibus montanis in humiliores

diversas florum species transplantavit atque sepibus circumdedit, quae cum odorem spargerent, illum locum circumseptum nominavit Bostan, hoc est, sedem fragrantiae et odorum. Eum adhuc regnantem *Afrassiab* Turca, XII annos rerum potitus, imperio exutum in sylvas Thabaristanenses exegit. Qui cum in Iranschehr potestatem summam injuste teneret, urbes delevit, castella destruxit, fluvios obstrui, canales oppleri et fontium scaturigines obrui iussit. Inde a quinto usurpati regni anno ad finem eius vitae homines annonae caritate laborabant, quia eo imperante aquae deficiebant, provinciae steriles erant, et segetes fructu carebant, donec Deus eum domuit. Afrassiab moenia urbis Merv inter arcem exstruxit et anfractum, qui est ad portam Nic. Verumtamen Deus aperta et secreta novit.

Zav, Thahmaspis filius, suscepto imperio urbes et castella, quae Afrassiab deleverat, refici iussit,
٢٥ aperuit fluvios, quos ille operuerat, subditos a vectigali et tributis liberavit, atque agros denuo coluit, qui in optimam, qua antehac floruerant, conditionem redierunt; in regione Savad duos fluvios, Zaborum nomine, effodit, quibus Tigridis aquam mundaret. Eius tempore Cai Cobad, regum Caianidarum genitor, natus est. Regnante Zav et Gerschaspes regnavit.

Cai Cobad cum imperium teneret, terras coli iussit, decimam frugum partem sibi vindicavit eamque in sustentandos milites impendit, qui fines custodirent et hostes repellerent. Ispahana provincia unius nomi erat, sicuti Rei; Cai Cobad alterum adiecit

nomine Istan Iranu tharith Covad, ubi pagi sunt, per quos tempore Ar-Raschidi viae in praefecturam Cum ducebant.

Cai Caus in urbe Balch residebat atque, sicuti e Vitis perspexi, Babylone novi aliquid exstruxit, aedificium, in aërem adscendens. Equidem id illud suspicor esse, quod nomine Acracuf insignitum ultra Bagdadum adhuc cernitur atque mundi mirabilibus accensetur; quidam vero auctores id Sarch fuisse vocatum affirmant et revera huic sententiae veri aliquid inest, nam in lingua Nabathaeorum Iracensium et Djeramicorum, gentis Syrae, duo arcis nomina reperiuntur, Sarcha et Maadela; arabice efferuntur Sarch et Maadel.

Cai Chosru, quem Persae prophetam fuisse tradunt, in urbe Balch consistere solebat. Cum quondam ad Cuschid, montem rubrum in finibus Persidis et Ispahanae situm, draco versari nuntiaretur, qui homines segetesque noxa affligeret, eum illuc se contulisse annales docent atque hominibus in montis cacumine congregatis, solum ad pedem se collocasse et monstrum necasse. In montis latere ignis templum, Cuschid nomine notum, erexit. ١٣٩

Cai Lohraspes huic successit, quamvis consobrinus tantum; erat enim Lohraspes filius Cai Avadschani, filii Cai Menesch, filii Cai Peschin, filii Cai Afuh. Is primus stipendia militaria ordinavit, satrapis solia dedit eosque armillis ornavit atque tentoria fabricatus est. Sexagesimo anno Bochtnasrum, filium Veiv, filii Godarzis, contra Palaestinam misit, ubi urbe Hierosolymarum ex-

cisa Judaeos captivos abegit atque regni sui oppidanis in servitia ac mancipia tradidit. Iam ante Bochtnasrum Sennacherib Ninivita contra eos missus fuerat, victoria tamen ab eo non reportata.

Lohraspe vivo potestas tradita fuit filio eius *Cai
Gustaspi;* ad hunc trigesimo regni anno, cum ipse
٣٧ L annos esset natus, Zerduscht Adjerbeidjanensis ac-
cessit atque religionem exposuit, quam ille non modo
ipse amplexus est, sed etiam in eius favorem legatis
ad Graecos missis eos ad illam accipiendam invitavit. Hi
tamen librum a Feridune sibi datum protulerunt, ubi
conventum erat: sibi qualemcunque religionem ele-
gerint, esse permissam. Itaque ab iis se cohibuit,
cum id, quod manibus tenebant, auferre nollet.
In Darabdjerd, Persidis provincia, urbem forma
triquetra condidit eamque Ram Vaschnascan appel-
lavit, quae urbs Fessa est; deinde incola quidam,
nomine Azadmerd Camcar, moenibus subversis for-
mam triquetram reddidit rotundam, qui vir Hedscha-
dscho filio Jussuf Persidis quaestor erat. Gustaspe
rege Isfendiar filius XX parasangas ultra Samarcan-
dam murum adversus Turcas exstruxit. In pago
Mamnever nomi Anarbad, qui est in provincia Ispa-
hanensi, ignis templum erexit eique huius nomi agros
addixit.

Cai Ardaschir sive *Bahman*, filius Isfendiaris, filii Gustaspis, successit, qui a bellis remotissimis Longimani nomen accepit. In expeditionibus suis ad Romam usque eum pervenisse perhibent, atque e Zabulistana, quam e regione meridionali expugnasset,

permultos captivos abegisse. In terra Savad urbem condidit, quam ex suo nomine Abad Ardaschir vocavit; ad ripam Zabi superioris sita est et lingua Nabathaeorum Hemania dicitur. Etiam in terra Meissana oppidum aedificavit, cui a se nomen indidit Bahman ٣٨
Ardaschir; hodie Forat al Basrah appellatur. Israelitae Bahmanem lingua sua et in annalibus Coresch nuncupari contendunt. In provincia Ispahanensi uno die tres ignis aras erexit, primam sole oriente, alteram occidente, tertiam cum sol medio in coelo substitisset; e quibus ignis Schehr Ardaschir ad latus castelli Marin est situs; Schehr territorium significat et Ardaschir nomen Bahmanis est; secundus Zervan Ardaschir ignis est, situs in pago Darec nomi Berchuar; tertius, ignis Mihr Ardaschir, in pago Ardestan eiusdem nomi est.

Homa Djeherezad sive *Schamiran*, filia Bahmanis, — Homa eius agnomen tantum est, — in urbe Balch residebat. Copias suas ad subigendam Graeciam misit, unde permultos captivos, in horum numero artifices praestantissimos, abduxerunt, ex quibus architectos moles erigere iussit, quae nuncupantur palatia Istachrensia sive persice Hezar Situn [mille columnae]. Sunt ea proprie tria aedificia, tribus locis exstructa, unum Istachr versus, alterum viam spectans, quae in provinciam Darabdjerd ducit, tertium in via Chorassanica. In nomo Teimera, Ispahanensis provinciae urbem pulchram mira architectura condidit, quam Ale- ٣٩
xander deinde subvertit. Appellavit eam Chamhin (?)

Dara, filius Bahmani, primus rex erat, qui stationes cursus publici instituit ibique veredos curtis

caudis in promtu haberi iussit: hos Barid dumb nominavit; cum vocabulum arabice conformaretur, ulteriore parte omissa dictum est Berid. In extrema Persidis provincia urbem Darabdjerd, iam a Dara inceptam, perfecit; provincia ipsa, quae antea Istan Ferean nominabatur, tunc ab eo nomen mutuata est. Deus id optime novit.

Dara, filio Darae, rege Alexander in terra Occidentis bellum movit. Ibi enim regibus Persarum vectigales erant Aegyptii et Barbari, quemadmodum Graeci cum Slavis in septemtrionibus atque Djeramici et Djeradjini in Syria ac Palaestina; cum vero Alexander imperii administrationem accepisset, legatis, qui a Dara vectigal requisituri venerant, haec respondit: nuntiate Darae, gallinam, quae adhuc ova peperisset, desiisse. Id Darae et Alexandro ansam belli suscipiendi praebuit, quod nonnisi prioris caede finitum est. Supra Nisibin urbem, nomine Daran, condidit, quae adhuc superest atque Daria appellatur.

Alexander, Dara occiso, rerum potitus desciscere a se atque sanguinis vim profundere coepit; in eius castris septem millia tenebantur, nobilissimi Persarum captivi, compedibus ligati, e quibus quotidie XXI arcessi et occidi iussit, usque dum in Caschghar profectus ibique aliquamdiu commoratus est. Babylonem rediens, cum oppidum Cumis attigisset, in morbum incidit; quo in dies crescente in ipsa profectione mortuus est priusquam Babylonem perveniret, quam civitatem solo aequaverat. Ad illa, quae historiarum auctores finxerunt, pertinet, quod in Irania

duodecim urbes, omnes Alexandriae nomine insignitas, condiderit, unam in Ispahana, alteram in Herat, tertiam in Merv, quartam in Samarcanda, quintam in Sogdiana, sextam in Babylonia, septimam in Meissana et quatuor in Savad; quae tamen narrationes omni ratione carent, cum ille esset eversor, non conditor.

Aschghanidae reges. Alexander, cum nobilissimis ac spectatissimis Persarum interfectis atque urbibus arcibusque deletis, rerum potitus eo, quo contenderat, pervenisset, Aristoteli scripsit: Regibus occisis, oppidis castellisque vastatis in omnium, quotquot in Oriente degunt, odium et vindictam incurri; vereor, ne me mortuo de invadendo Oriente conspirent. Quamobrem mecum animo cogitavi, mittamne filios regum, quos interfeci, ubi cum patribus conjungantur et conveniant; quid tibi hac de re videtur? Respondit ille: Quodsi regum filios occideris, imperium ad deteriores et peiores transibit, malignus vero, dum regnat, potestate pollet, qua dum pollet superbit, insolentem, iniustum et hostem se gerit; tunc igitur summae atrocitates tibi ab iis timendae erunt. Quapropter tibi suaserim, ut regia prole congregata, unicuique terram vel provinciam regendam committas; certe singuli de acceptis inter se contentionem habebunt, unde inimicitiae orientur: occupati ipsorum negotiis animos non poterunt ad eos advertere, qui ex Occidente adversus eos profecti fuerint. Quo facto Alexander Orientem inter Regulos distribuit atque inde scientias astronomiae, medicinae, philosophiae et agriculturae,

de quibus libros in linguam Graecam et Aegyptiacam
verti iusserat, in Orientem transtulit. Alexandro
mortuo cum terrae in Regulorum possessionem venis-
sent, bella et simultates inter eos commota sunt, quia
se invicem disputationum laqueis irretire studebant.
Eorum tempore libri compositi sunt, qui adhuc ho-
minum manibus teruntur, sicut liber Maruc, liber
۴۲ Sindbad, liber Barsinas, liber Schimas aliique eius-
dem generis, quorum numerus ad LXX fere accedit.
Hac ratione plures quam viginti regnavere, e quibus
tantum ii numerati sunt, qui omnem curam in expe-
ditionibus posuerunt; in universum reguli erant XC
numero, inter quos in summo honore habebantur ii
qui Iracam administrabant: hi Ctesiphonte, id est in
urbe Madaïn, residebant et literas, si quae mittendae
erant, ab ipsorum nominibus incipiebant.

Sapor filius Aschc. Ex numero eorum, qui ad bella gerenda paratissimi fuerunt, est Sapor, filius Aschc, filii Udsran, filii Aschghan, quo rege Messias natus est. Bellum cum Graecis gessit, quorum rex tunc erat Antiochus, tertius post Alexandrum, Antiochiae conditor. Magnum illorum numerum aut interfecit aut cepit, mulieres et liberos in navibus congregari atque submergi his verbis iussit: sic Daram ulciscimur. Magnam partem eorum, quae Alexander e Persia transmiserat, in regnum suum reportavit et in canalem in Iraca fodiendum, qui arabice dicitur Nahr-ul-melic (canalis regius), impendit.

Godarz, filius Aschc, Judaeis propter caedem Johannis, filii Zachariae, bellum intulit. Hierosolymis

denuo deletis, incolas gladio perstrinxit atque Judaeos, ۴۳
quorum magnum numerum ceperat, atrocissime trucidavit. Quem populum Titus, Vespasiani Imperatoris Romani filius, XL annis post Messiae in coelum ascensum permultis occisis vel captis devicerat.

Balasch, filius Chosru, Graecos de occupanda Perside cogitare audivit, ideoque ad reges sibi vicinos legatos misit, qui auxilia peterent. Copiis adauctis, cum unusquisque pro viribus et milites et opes suppeditasset, dominum urbis Hadhr praefecit, qui tunc unus regulorum praefecturis Romanis proximorum erat. Is exercitum hostium iam paratum collectumque invenit, fugavit eum tamen, imperatore occiso et in Iracam rediit onustus praeda, cuius quintam partem Balascho tradidit. Haec expeditio in causa fuit, ut Romani ad condendam urbem permunitam et Imperatoris sedem Roma illic transferendum opes undique apportarent, quo Persarum regno esset propinquior. Electa terrae Constantinopolitanae parte domos exstruxerunt et regnum transtulere: tempore, quo urbem aedificarunt, Constantinus, Neronis filius, regnavit, et ita ex nomine eius nomen
civitatis derivarunt. Is primus inter imperatores Ro- ۴۴
manos Christianam religionem suscepit atque subditos ad eam amplectendam vocavit. Postea Israelitarum expulsionem ex Hierosolymis, urbe sanctissima, molitus est, ita ut his ad hunc usque diem domicilium certum nusquam sit.

Ardaschir, Babeci filius, cum prodiisset, omnium primo urbe Istachrensi potitus est: incolis firmatus

ceteras Persiae provincias, quae Regulis vectigales erant, expugnavit. Quibus occupatis coronam sibi imposuit atque subditorum res curare incepit; permagnum regum numerum circa se vidit, quorum possessiones parvi erant momenti et pauci ambitus, at sumptus pro subiectorum viribus nimii; id dissidium, quod per illorum provincias propagatum erat, aegre tulit, quamvis de religionis summa cum iis conveniret neque ignoraret, nisi pristina consuetudine nulla religione eos obligari posse. Quamobrem doctos viros, quorum frequentia circumfusus erat, de religionis et regni conditione interrogavit, quomodo reges eius aevi possent conciliari. Responderunt: imperium priorum regum continuo ordine tenebatur, ita ut unus tantum regnaret, subditi autem huic uni parerent dictoque audientes essent, quapropter eorum religio praepotens erat, terra fertilis et hostes remoti ad ea usque tempora, quibus Dara, filius Darae, imperium
fo accepit. Tunc quidam e populo defectionem meditantes principi molestias creare et vitam auferre studuerunt, a bello, quod cum hoste communi gerebatur, recesserunt atque rixis et inimicitiis mutuo susceptis negotia in confiniis neglexerunt. Tali rerum ratione Alexander, e terra occidentali profectus, facile, quod concupiverat, consecutus est, ita ut ad bellum contra Daram gerendum instructissimus esset. Per id tempus contigit, ut Dara a satellite quodam sagitta petitus confoderetur, quo facto Alexander regno Persarum potitus, sanguinem primorum et nobilissimorum ultra modum profudit, urbes arcesque omnes subvertit.

Denique vacavit sacris eorum et doctis libris persequendis, quos postea combussit quam quae ibi de philosophia, siderum cognitione, arte medica et agrorum cultura tractata erant, e lingua Persica in Graecam et Aegyptiacam verti et Alexandriam mitti jussisset. Tum Ardaschir justitiam inter subiectos propagare eosque recta disciplina in ordinem cogere cum desperasset, nisi unus esset eorum rex, qui animos eorum amicitia jungeret et prosperitatis fieret auctor, literas ad Regulos sibi propinquos dimittere instituit. Hanc ab initio rationem secutus est neque
unquam nova consilia, ut cuique tempori conve- ۴۱
niebant, inire desiit, quoad regnum Iranschehricum XC regulis interemtis ab iis purgatum est. Ardaschir magnum urbium numerum condidit: Ardaschir Chorreh, Beh Ardaschir, Behman Ardaschir, Inscha Ardaschir, Ram Ardaschir, Ram Hormoz Ardaschir, Bud Ardaschir, Vehescht Ardaschir, Betn Ardaschir. Ardaschir Chorreh urbs Firuzabad est, in Perside sita, quae etiam Gur vocabatur. Gur enim et Gar significant foveam vel fossam, non sepulcrum aut conditorium, cum Persae, qui mortuos in monumentis et mausoleis conderent, sepulcrorum usum ignorarent. Postea Ali, filius Buveih, nomine transformato eam Firuzabad appellavit. Beh Ardaschir duarum urbium nomen est, quarum una in Iraca, altera in Kirman iacet: prior, una ex septem urbibus Madaïn, a Tigride ad occidentem sita, arabice Behrschir dicitur; alterius nomen similiter arabice conformatum Berdaschir sonat. Behman Ardaschir urbis nomen est,

quae in Meissana ad ripam Tigridis sicci iacet.
Basrenses eam dupliciter nuncupant: Behmanschir et
۴۷ Forat Meissan. Inseha Ardaschir urbis nomen est ad
ripam Dodjeil sitae, quae etiam Carch Meissan ap-
pellatur. Ram Ardaschir urbis situm ignoro. Rav
Ardaschir lingua aequalium nostrorum Rischehr pro-
nuntiatur. Ram Hormoz Ardaschir ex urbibus Chu-
zistanae est, cuius nomini, cum multis literis con-
staret, ultimum verbum ademtum est. Hormoz Arda-
schir duarum urbium nomen est, quarum utramque
cum condere instituisset Ardaschir, eam vocavit
nomine, quod ex ipsius et Dei Optimi Maximi nomine
compositum erat. Alteram habitandam dedit merca-
toribus, alteram primoribus et nobilissimis hominibus.
Aliud nomen prioris urbis est Hudjestan Vadjar,
arabice: forum Ahvaz; posterior urbs arabice Her-
moschir appellata est. Arabes cum Chuzistanam in-
vasissent, primorum urbe excisa, a mercatoria abs-
tinuerunt; post bella, quae Hedjadj cum Corani lecto-
ribus gessit, duae aliae Chuzistanae urbes eversae sunt,
quarum una Rustem Covad sive arabico nomine Res-
sicobad, altera Djevastad appellabatur. Bud Ardaschir
una ex urbibus Madaïn est. Vehescht Ardaschir ur-
bis situm ignoro. Betn Ardaschir una ex urbibus
۴۸ Bahrein est, quae inde nomen accepit, quod Ardaschir
moenia incolarum cadaveribus superstruxit, qui obe-
dientia abiecta ei dicto audientes esse noluerant:
alternis ordinibus e lateribus et corporibus humanis
tabulata sunt, unde nomen Betn Ardaschir venit.
Opera Mihri, filii Vardanis, aquas fluvii Ispahanensis

aeque ac Chuzistanensis divisit et his aquis fossas duxit, inter quas recensetur canalis Al-Maschrecan, Persis Ardaschir-Can dictus. In libro, qui regum Sassanidarum simulacra exhibet, Ardaschiri vestis aureis nummis ornata depingitur, braccae coeruleae, corona viridis in auro; manu hastam erectam tenet.

Sapor, Ardaschiri filius, palatium Tuster, quod in mirabilia Orientis refertur, aedificavit; multas urbes constituit; Nischabur, Bischabur, Schad Schabur, Beh ez Endiv Schabur, Schabur Chuascht, Balasch Schabur, Piruz Schabur. Nischabur urbs provinciae Irschehr est, quae ad Chorassanam pertinet. Bischabur et oppidi et provinciae Persidis nomen est, quod in arabico sermone contrahitur et priore vocabulo dempto dicitur Sabur: rex urbem ab integro restauravit, quae a Thahmurathe condita, ab Alexandro excisa erat; ejus nomen antiquius ignoratur. Schad Schabur una ex urbibus Meisanae est, Nabathaeis Vabha appellata. Piruz Schabur oppidum Iracense est, arabice Ambar nominatum. Beh ez Endiv Schabur civitas Chuzistanae est, quae Arabibus Djondeï Sabur dicitur; quodsi de etymologia nominis persici quaeritur: Endiv Antiochiam, Beh bonum, totum igitur nomen meliorem Antiochia esse urbem significat. Fuit autem constituta ad instar tabulae latrunculariae, ita ut octo viae in medio octo aliis secarentur. Urbes ad formas rerum diversarum condi solebant, ita Schusch accipitris figuram, Tuster equinam reddit. In simulacris regum Sassanidarum vestis eius coerulea invenitur, braccae acu pictae, ٣٩

rubrae, corona rubra in viridi; stat hastamque manu tenet.

Hormoz, filius Saporis, Ardaschiro avo et vultu et statura simillimus erat, robore, viribus animique audacia consummatus, consilio tamen minus firmo praeditus. Matrem Gerdzad habuit, cuius nomine narratio fertur celeberrima. Aedificium quod erat in Destcara regia, restauravit. Eius vestis in simulacrorum libro describitur rubra, acu picta, braccae virides, corona itidem viridis in auro; dextra hastam, laeva scutum tenet; leone vehitur.

Bahram, filius Hormoz, cum regnaret, Manio, impiae superstitionis doctore, potitus est, qui profugus in solitudine biennium latuerat. Viris doctissimis, quibuscum disputaret, collectis, coram principibus accersitis erroris convictus est. Capitis damnato cutem detraxerunt atque stramento repletam ad urbis Djondeï Sabur portam affixerunt. Eius vestis in simulacrorum libro depingitur rubra, braccae eodem colore, corona coerulea in eaque gemini apices aurei et lunula aurea; stat dextraque hastam, sinistra ensem, quo innititur, tenet: ita eius effigies invenitur; attamen Deus rem melius novit.

Bahram, filius Bahram, rubram vestem acuque pictam gestat, braccas virides, coronam coeruleam inter duos apices et lunulam auream; solio insidet, dextra arcum tensum, laeva tres sagittas tenet. At Deus rem melius novit.

Bahram, filius Bahram, filii Bahram, sive, ut item vocatur, Bahram filius Bahraman, cognomento Segan-

Schah. Cuius cognomenti aliorumque similium origo inde petenda est, quod rex Persarum filium vel fratrem, quem successorem sibi in imperio constituerat, *Schah* seu principem alicuius terrae nominabat, quo cognomento ad patris obitum usque utebatur: tum vero rerum potitus *Schahinschah* seu princeps prin- ٥١
cipum nominabatur. Idem cadit in regem Bahram, cuius cognomen fuit Kirmanschah, idem in Anuschirvanum, qui Covade patre vivo appellabatur Cad Sedjan Ger Schah, id est Thabaristanae princeps; Cad enim montem significat, Sedjan planitiem et montium radices, Ger colles et montes, Segan vero regionem Sedjestanam. Vestis Bahrami coerulea est acuque picta, braccae rubrae, sellae regiae insidet, gladio suo innixus, coronam viridem inter duos apices aureos lunulamque auream gestat.

Narsi, filius Bahrami, vestem acu pictam, rubram habet, braccas acu pictas coeruleas, coronam viridem; stat, utraque manu in ensem innixus. At Deus arcana novit.

Hormoz, filius Narsi, in Chuzistanae provincia Ramhormoz vicum nomine Vehescht Hormoz, qui Gureng vocatur, restauravit: situs est juxta Izedj, quod oppidum in eadem provincia est. Vestis eius acu picta, rubra, braccae acu pictae, coeruleae; stat, manibus in ensem innixus; corona viridis. At Deus rerum optime gnarus.

Sapor Dzulactaf sive Huveih Sumba, ut vocatur; Huveih enim humerum, Sumba perforantem significat. Cognomentum inde accepit, quod Arabum bello cap- ٥٢

torum humeros perforabat, ita ut singulorum humeros trajecto annulo ferreo jungeret, deinde eos dimitteret. Persae eum hoc nomine notarunt, Arabes vero nomine Dzulactaf. Sapor is est, qui patre moriente nondum partu editus, sed super matris ventrem coronatus est; idem, qui mutatis vestibus in Graeciam abiit, et cum quandam aedem sacram inspiceret, captus est. Annos LXXII regnavit atque inde a die natali ad transactum aetatis tertium decennium in urbe Djondei Sabur commoratus est; deinde Madaïn se contulit, ubi reliquum vitae spatium degit. Romanorum imperatorem bello devictum coëgit, ut quaecunque everterat, ita restauraret, ut laterés tosti et argilla restituerentur lateribus coctis et calce. Hinc factum ut moenia urbis Djondei Sabur partim lateribus tostis partim coctis constent. — Vestis eius rosea describitur, acu picta, braceae rubrae itemque acu pictae; manu securim tenet, solio insidet; corona coerulea in auro, in medio duobus apicibus et lunula aurea ornata atque in extremis partibus diversis coloribus tincta. Magnum urbium numerum condidit: Barzach Schabur sive Ocbar Avazan; Chorreh Schabur, id est Schusch, et aliam urbem ad eius latus sitam; cuius incolae cum a rege descivissent, hic elephantos misit, qui alteram urbem pedibus conculcarent: postea captivos e Graecorum regione adduxit, per quos novam urbem frequentavit; reliquos per terram dispersit. In pago Hervan vici Djei ignis aram exstruxit, nomine Suruach Azeran, eique attribuit Javan

et Djadjah, pagos vici Nadjan. Eius tempore Azerbad quidam fuit, cujus pectori aes fervens infusum est.

Ardaschir, filius Hormoz, vestem acu pictam, coeruleam nummisque aureis ornatam habet, braccas rubro colore picturatas, coronam viridem; stat, dextra manu hastam tenet, laeva gladio innititur. Deus occulta novit.

Sapor, filius Saporis, vesti rubra depingitur, sub qua alterum flavi coloris indumentum est, braccis coeruleis, corona viridi in rubro, inter geminos apices et lunulam auream; stat, manu dextra ferream virgam gerens, in cuius mucrone avis caput est, laeva gladii capulo innixus.

Bahram, filius Saporis, cognomento Kirmanschah, vir inhumanus fuit et superbus. Nec libellum ullum legit, nec unquam in injuste facta animadvertit, ita ut, cum mortuus esset, libelli, qui e provinciis missi erant, integri, sigillo nondum soluto invenirentur. Mausoleo suo haec inscribi jussit: Sciebamus hoc corpus in hoc aedificio depositum iri, ubi ei non magis amici consilium profuturum, quam inimici odium obfuturum esset. — Vestis coerulea est, acu picta, braccae rubrae itemque picturatae, corona viridis inter tres apices et lunulam auream; stat, dextra manu hastam tenens, sinistra gladio innixus. At Deus omnium maxime gnarus.

Jezdegerdes, filius Bahrami, quem Scelestum, Improbum, atque etiam Inhumanum, persice Dafr et Bezeh Ger vocant; vestem rubram, braccas et coronam coeruleas habet, stat manuque hastam tenet.

Bahram Gur, filius Iezdegerdis: ab eo multae in Turania, Graecia et India editae sunt res memorabiles; Indiam quidem mutatis vestibus petiit. Homines dimidiam diei partem opus facere jussit, tum vero quieti se dare atque epulis, potui et deliciis indulgere, bibere autem cum ludiis et parasitis. Ita musici tam cari facti sunt, ut pretium statum integri gregis ludiorum ad centenas drachmas augeretur. Cum aliquando homines invenisset sine musicis potantes: Nonne ego, inquit, vos musicam negligere vetui? Illi cum surrexissent et humi se prostravissent, responderunt: Pluris quam centum drachmis musicam quaesivimus, nec tamen impetrare potuimus. Tum ille atramento et charta laevigata arcessitis ab Indorum rege per literas musicos petiit: qui quum duodecim millia eorum misisset, eos per regni sui urbes distribuit, ubi se propagarunt, atque eorum posteri adhuc ibi degunt, quanquam pauci numero; vocantur autem Zutthii. Inscriptum est eius mausoleo: Postquam nobis potentia in terra tributa fuit et laudabilia nominis monumenta ibi reliquimus, angusto hoc loco inclusi sumus, quem nos habitaturos esse jam antea certo sciebamus. — Vestis coerulea est, braccae virides, acu pictae, corona coerulea; sellae regiae insidet, manu clavam tenet.

Jezdegerdes Mitis, filius Bahrami, vestem viridem gestat, braccas nigras, auro variatas, coronam coeruleam, solio insidet in ensem innixus. At Deus omnium gnarissimus.

Piruz, filius Iezdegerdis, veste describitur rubra,

braccis coeruleis auroque variatis, corona coerulea; sellae regiae insidet, manu hastam tenet. Multas urbes condidit in India eiusque finibus, in regionibus Rei, Djordjan atque in Adzerbeidjana iisque omnibus nomina imposuit e suo derivata. Ita urbes Indicas vocavit Ram Piruz et Ruschi Piruz. Murum ultra fluvium, qui est inter Iranschehr et terram Turcarum, exstruxit, urbis Djei moenia exaedificavit et portas opera Adzerschaburis, filii Adzermananis Ispahanensis, conclusit, qua de re ei diploma, Chaf- ٥٩
nah dictum, tribuit. Dimidiam Judaeorum Ispahanensium partem interfici puellosque eorum pyreo pagi Heryan, Surusch Adzeran, ad opera servilia tradi jussit, quia tergis duorum archimagorum pelles detraxerant, deinde ambas inter se compactas subigendo ad usum suum paraverant.

Balasch, filius Piruz, vestem viridem habet, braccas rubras, virgis nigris et albis distinctas, coronam coeruleam; stat manuque hastam tenet. Duas condidit urbes: alteram in Sabat Madaïn, nomine Balaschabad, alteram prope Chulvan, nomine Balaschazz.

Cobades, filius Piruz, qui etiam Covad parira in debsch (?) appellatur: eius tempore Djamaspes frater imperium usurpavit neque tamen pro rege numeratus est, cum Mazdaci seditione flagrante in imperio fuerit, deinde Cobades in suam dignitatem restitutus sit, ita ut illius anni hujus regno inclusi sint. Cobadis vestis coerulea est, albo nigroque colore virgata, braccae rubrae, corona viridis; innixus in ensem solio regio insidet. Urbes multas condidit, unam

inter Chulvan et Schehrzur, nomine Iranschad Covad; aliam inter Djadjan et Irschehr, nomine Schehrabad Covad; aliam in Perside, nomine Beh ez Amid
٥٧ Covad sive Ardjan, cui provinciam addidit; significatio nominis est: melior quam Amida; aliam juxta Madaïn, nomine Hambu Schabur, quam Bagdadenses Djembsabur appellant; aliam nomine Valaschdjerd (Vologesiecertam); aliam juxta Maussil, nomine Chabur Covad; aliam in regione Savad, Ized Cobad dictam. Arabibus praefecit regem Hareth filium Amri, filii Hodjri, Cenditam.

Kesra Anuschirvan, filius Cobadis, vestem albam, diversis coloribus picturatam, braccas coeruleas habet; gladio innixus in sella regia sedet. Magnum urbium numerum condidit, inter eas unam, quae in numerum septem urbium Madaïn refertur, nomine persico Beh ez Endiv Chosru, id est melior quam Antiochia, quae eadem appellata est Roma Madaïnensis; porro Chosru Schabur aliasque. Murum Derbendicum sive Bab al Abvab (Portas Caspias) exstruxit, cujus longitudo a mari usque ad montem XX fere parasangas efficit. In quaque regione ducem cum exercitu constituit iisque ex locis vicinis praedia ad alimenta inde capienda assignavit, quae praedia ut liberis illorum haereditaria essent constituit; unde eorum posteri
٥٨ adhuc ad muri praesidium excubant. Quo die rex quemque ducem ad custodiam propugnaculi ei destinati dimiserat, eum veste serica diversis figuris picta donaverat eique appellationem regis cum nomine illius figurae junctam tribuerat, unde nomina pro-

diere haec: Baghranschah [Rex Apri], Schirvanschah
[Rex Leonis], Filanschah [Rex Elephanti], Alanschah
[Rex Corvi]. Unum ex iis solio argenteo insigniverat,
unde Serirschah sive Rex solii appellabatur. Serir
autem non est vocabulum arabicum, sed persicum,
quod solium minus significat. Inter maximas victorias
a Kesra Anuschirvano reportatas sunt expugnationes
urbium Serandib, Constantinopoleos et provinciarum
Arabiae felicis. Occupavit autem Arabiam felicem
tali et tam prospero successu, quali alias soli pro-
phetae usi sunt. Equites enim DC ab eo missi ho-
stium XXX millia interfecerunt, ita ut etiam ii, qui
gladiorum acies evaserant, in mari, ad quod confu-
gerant, perirent. Abyssini enim mari trajecto viros
Jemenenses expulerant atque cum feminis consueve-
rant, quapropter Seif, filius Dzu Jezen, rex Jemenen-
sis, ad Anuschirvanum profectus est, ad cujus por-
tam septem annos praestolatus, tandem ad colloquium
admissus, ei nuntium de Abyssinis et de iis, quae
contra uxorum pudicitiam patraverant, attulit. Anu- ٥٩
schirvan, misericordia tactus, quippe qui et ipse
zelotypia valde laboraret, se rem consideraturum esse
pollicitus est. Deliberatione vero habita propter reli-
gionem haudquaquam permissum sibi ratus, ut exer-
citum suum ad opem iis, qui alienam superstitionem
sequerentur, ferendam in Jemen traiiceret atque pe-
riculis exponeret, satius habuit, homines carceribus
inclusos poenaque capitali dignos liberare et hostium
jugulis immittere, quos si vicissent, illam terram
iis ad alimenta inde petenda assignare constituit,

sin vero periissent, se nullius culpae reum fore putavit. Jussit igitur colligi omnes captivos, inventi autem sunt DCCCIX, quorum plerique erant Sassanidae et filii Bahmani, filii Isfendiaris. His praefecit Vahrazem e posteris Behaferiduni, filii Sassanis, filii Bahmani, filii Isfendiaris. Tum Seif, filius Dzu Jezen, eum allocutus: O Rex regum, inquit, quid hi ad illos, quos pone me reliqui? Respondit Kesra: Scito ignem minimum sufficere ad comburenda ligna plurima. Itaque octo navibus transvecti sunt, quarum duabus in cursu demersis sex tantum evasere. Simulac in terram exierunt, cibo capto reliqua cibaria omnia in mare coniici jussit dux Vahraz. Aegre milites tulere quod sua alimenta piscibus projecta essent; ille vero: Si superstites eritis, ipsos pisces comedetis; sin contra evenire in fatis est, morituri ne ciborum jacturam deplorate. Deinde navibus 1. combustis socios cohortatus est his verbis: Jam vestrum est aut salutem vobis, eligere istis fortiter oppugnandis, aut mortem vestra ignavia. Tessera nominis divini et regii data Abyssinos sine mora aggressi ope divina fugarunt necique per quinque horas dederunt, cuius insignis victoriae rumor ad gentium principes pervasit. Anno regni eius quadragesimo primo Propheta natus est. Morte appropinquante mausoleo inscribi jussit: Si quid boni fecimus, id erit apud eum, qui iustam mercedem non diminuit; si quid mali patravimus, id quoque apud eum erit, qui puniendi potestatem habet.

Hormoz, filius Kesrae, vestem rubram pictura-

tam gerit, braccas coeruleas, acu pictas, coronam viridem; solio insidet dextraque manu clavam tenet, laeva gladio innititur. At Deus rerum est gnarissimus.

Kesra Parviz, filius Hormoz, roseam vestem, acu pictam, braccas coeruleas, coronam rubram habet, manu hastam tenet. In eius domo tria millia feminarum ingenuarum erant, XII millia puellarum cantus, musices et aliorum officiorum causa; dispositi satellitum VI millia; parati in stabulis ad usum privatum regis equorum VIII millia et L, praeter eos, qui in usum ministrorum aderant; nongenti sexaginta elephanti, mulorum, qui sarcinas portarent, XII millia, camelorum Bactrianorum XX millia. Nomanum, Almondiri filium, cui irascebatur, e medio deserto rapi, elephantorum pedibus proiici, opes auferri, uxorem et liberos vilissimo pretio vendi jussit. In pago Barmin, vici Kirmanensis, ignis templum exstruxit eique pagos circumcirca iacentes in sempiternam possessionem assignavit.

Schirveih, filius Kesrae, rubram vestem habet, acuque pictam, braccas virgis distinctas, coronam viridem; stat dextraque gladium strictum tenet. Fratres XVIII, quos a se alienatos esse senserat, cum magno liberorum numero interfici iussit; nomina fratrum occisorum haec sunt: Schahriar, Merdanschah, Curanschah, Piruzanschah, Afrudschah, Schadman, Zeraberudschah, Schadzic, Arvendzic, Arvenddest, Kes Dil, Kes Beh, Chorreh, Merdchorreh, Zadan Chorreh, Schirzad, Djevanschir, Djehanbacht.

bes vel de Og et Balukia apud Israelitas feruntur. In interpretatione libri Persarum, Avesta dicti, haec fere legi: Deus Optimus Maximus ab initio rerum creatarum ad supremum iudicium finemque malorum mundo aetatem XII millium annorum praefinivit. Mundus igitur tria millia in altis regionibus omnis noxae et calamitatis expers remansit, tum demissus est in locum inferiorem, sed a malo ac noxa iterum per tria millia annorum liber fuit: posthac Ahriman in eo exstitit atque calamitates et inimicitiae in lucem prodiere malumque bono admixtum est post sex millia annorum, tamen sine mali confusione; septima demum annorum chiliade, quae mixta dicitur, confusio illa exstitit. Prima animantia, quae Deus creavit ita ut non gignerentur a femella cum mare, vir atque taurus fuerunt, ille Cahumarth, hic Abu Dad dictus. Cahumarthis, cuius significatio est animans ratione praeditum mortale, cognomentum fuit
10 Gil Schah, id est rex terrae, atque ab eo genus humanum originem ducit. Cum aetatis trigesimo anno mortuus esset, ex ejus lumbis sperma exiit atque in telluris gremium delapsum XL annos conditum fuit: geminae inde plantae rheo similes exortae sunt; plantarum genere postea in humanum transformato, utraque eadem statura, eodem vultu, altera mas, altera femina evasit, nominibus Maschae et Maschianae, qui dimidio seculo post per conjugium liberos genuerunt: inter partum primum vero et regnum Uschhendj Pischdadae anni XCIII interjecti sunt. — Eandem fabulam in libro alio, aliis verbis expressam,

legi, quibus etiam commentarius additus erat: primos a Deo creatos esse virum et taurum, qui remoti a malis et calamitatibus in regionibus coelorum et centro altitudinis tria millia annorum commorati sint, singula millia Arietis, Tauri et Geminorum; deinde in terram demissos, sed a malo et noxa vacuos degisse iterum tria millia: Cancri, Leonis et Virginis. Quibus peractis, cum Librae chilias institisset, contrarium [i. e. malum] apparuisse atque Cahumarthem terrae, aquae, tauro ac plantis imperasse ۹۹ XXX eius chiliadis annos. Prima, quae ea in chiliade apparuerunt sidera, fuerunt Jupiter in Cancro, Sol in Ariete, Luna in Tauro, Saturnus in Libra, Mars in Capricorno, Venus aeque ac Mercurius in Piscibus; quae sidera ex his signis exierunt mensis Ferverdin die Hormoz, id est, die aequinoctii verni, et illis sideribus per circumvolutionem orbis coelestis loco motis nox a die diremta est.

Liber Secundus.

De ordine chronologico Regum Romanorum: absolvitur quinque capitibus.

Caput primum.

Series chronologica Regum Macedoniae.

Alexandro mortuo Romanis imperaverunt Graeci,
reges Macedoniae, quae urbs sapientum in terra
Romana erat. Alexandro successit Ptolemaeus, filius
Arnab [Lagi], qui imperium XL annos tenuit; deinde
Ptolemaeus, filius Lagi, Philopator [sic; lege Philo-
metor], XXXVIII annos regnavit; tum Ptolemaeus
Euergetes XXVI; tum Ptolemaeus Philopator XVII;
tum Ptolemaeus Astrologus [Epiphanes] XXIV; tum
Ptolemaeus Philometor XXXV; tum Ptolemaeus Eu-
4v ergetes secundus XXIX; tum Ptolemaeus Soter
XVII; tum Ptolemaeus Alexandrinus [Alexander] XX;
tum Ptolemaeus Novus [Novus Dionysius] VIII; tum
Ptolemaeus Scelestus [Bacchus] XXX; postremo Phe-
lucatra, filia Mochah [Cleopatra, filia Auletae], XXII
annos. Itaque regnatum est a regibus XIII annos
CCCIV.

Caput secundum.

Series chronologica Regum Romanorum.

Graeci cum a Romanis superati essent, Imperatores nomine filiorum Sufaris Romanos rexerunt: Sufarem illum Israëlitae Asfarem esse perhibent, filium Nasr, filii Issae, filii Isaac, Romani vero et Graeci negant. Sufaridarum, qui Romae sedem collocaverunt, primus fuit Julius, qui VII annos regnavit; deinde Augustus, qui nomen Caesaris primus assumpsit et LVI annos regnavit; tum Tibaris [Tiberius] XXII; Tibaris Abis [?] IV; Celudiphus [Claudius] XIV; Nirun [Nero] XXIV; Tatus [Titus] cum Vespasiano, XIII; Domitianus XV; Trajanus XIX; Adrianus, XXI; An- ٩٨
tonius XXIII; Marcus XIX; Commodus XIII; Severus XVIII; Antonius, eius filius, VII; Antonius Secundus, IV; sub finem regni eius Galenus medicus diem supremum obiit; Alexander Mamias, id est Debilis, XIII annos regnavit; Maximus [Maximinus] III; Gordianus VI; Phelicus [Philippus] VI; Decius II; Gallus XV; Claudius annum unum; Aurelius VI annos; Ibrobus [Probus] VII et dimidium; Diocletianus et Maximianus XIX; Carvicis [Carinus?] V; denique Diocletianus XX. Regnatum ita est a XXVIII imperatoribus per annos CCCLXXXII. Abu Maschar in libro de Chiliadibus annos duorum ex Imperatoribus Romanis, Diocletiani et Augusti, commemorat, ubi Alexandrum inter et Augustum annos CCLXXX, atque ٩٩
inter hunc et Diocletianum DXCVI interesse dicit.

Caput tertium.

Chronologia Imperatorum Byzantinorum.

Constantinus Victor, filius Helenae, quae mater eius erat, regnavit annos XXXI; Constantinus, eius filius, XXIV; Julianus, fratris Constantini filius, duos cum dimidio; Avalis, filius Núchalae [?], XIV annos; Theodosius Minor, XLII; Marcianus cum Pulcheria uxore VII; Leo Major, vir eximius, XVI; Leo Minor, eius filius, annum unum; Zenin Arminaki [Zeno Isauricus] XVII annos; Nastas [Anastasius], vir eximius, XXVII; Justinus, IX; Justinianus XXXIX; Justinus, ex eius sorore natus, XIII; Tibarinus [Tiberius] IV; Mauricius XX; Phocas VIII; Heraclius cum filio XXXI. — Id efficit CCCV annos cum dimidio et XVII Imperatores: in universum igitur regnatum est a LVIII Imperatoribus annos nongentos nonaginta duos.

Hic ordo Imperatorum Romanorum est, qui, numero LVIII, inde ab Alexandro Macedone ad Fugam usque regnaverunt: Fuga enim regni Heracliani anno nono evenit. Quem ordinem a Graeco quodam teneo, qui Achmedis, filii Abdulaziz, filii Dolaf, cubicularius erat, homo in captivitatem abductus, grandaevus, qui graece et scribere et legere callebat, sed arabice nonnisi cum difficultate loquebatur: huius filius, nomine Jumen, astrologus intelligentissimus, qui in Sultani exercitu stipendia merebat, illum ordinem mihi interpretatus est verbis

patris sui, dictantis e libro graeco, quem habebat. Postea in alio libro, cuius auctor Vaki judex Bagdadensis est, caput deprehendi de Imperatorum Romanorum annis, deductis a primo Constantini imperio ad Fugae annum CCCI. Itaque capite quarto aliquot res gestas a tribus Imperatorum Romanorum familiis, de quibus supra dictum est, ad Graeci illius sententiam recensebo, qui eas ex ordine annorum narravit; deinde capite quinto deflectam ad referenda ea quae in libro Vakii leguntur, si Deo Optimo Maximo ita visum fuerit.

Caput quartum.

Narrantur res gestae ab Imperatoribus, de quibus supra sermo fuit.

Ptolemaeus Philopator, Ptolemaeus Euergetes, Ptolemaeus Philometor, Cleopatra.

Ptolemaeus Philopator Israëlitis in Palaestina bellum intulit, captivos abduxit eosque aliquantum temporis in regno suo retinuit, deinde eos dimisit et vasis argenteis donavit, quae ex tecto aedis sacrae suspendi iussit. Syriae tum temporis Antiochus rex erat, qui in urbe Antiochia, ab ipso condita, sedem habebat; is Ptolemaeum Philopatorem hostiliter aggressus, sed in fugam compulsus et male mulcatus est. — *Ptolemaeus Euergetes* expeditionem contra Antiochum paravit: de cujus morte certior factus Sy-

riam occupavit regnumque Syriacum regno Romano adjunxit, quo facto Graeci Syriae imperare coeperunt. — *Ptolemaeo Philometore* regnante, Alexander, Antiochi filius, ad recuperandam Syriam bellum movit, sed victus est a Graecis atque Demetrius rex Syriae factus. — *Cleopatra* literas, quarum amore tenebatur, colligendas curavit, atque Platonis, Aristotelis et Hippocratis, qui sapientes e Macedonia oriundi erant, opera comparare studuit.

Augustus, Tiberius, Claudius, Nero.

Augustus primus appellatus est Caesar, idque nomen inde ductum, quod in corpore matris mortuae moveri visus atque utero rescisso extractus est. Qui cum in imperio esset, Alexandriam aggressus opes armaque, quibuscunque ibi potitus erat, Romam abstulit. Caesaream urbem in terra Rum condidit. Quadragesimo altero imperii eius anno Messias natus est. — *Tiberio* imperatore Messias in coelum sublatus est, quo facto Tiberius triennium regnavit. — *Claudius* Jacobum, Zebedaei filium, apostolum interfici iussit: primus inter Imperatores, qui Deos fictos colebant, Christianos trucidare instituit eorumque magnum numerum absumsit. — *Nero* Simeonem et Paulum multosque alios Christianos necari iussit.

Titus, Domitianus, Adrianus, Antonius.

Titus eiusque socius *Vespasianus* Judaeis rebellantibus Hierosolyma aggressi sunt et tribus millibus

incolarum interemtis, prole captiva Romam deducta, aedem sacram incendio deleverunt, anno regni eorum primo. — *Domitianus* imperii anno nono Johannem apostolum et evangelistam in insulam Catbus [Patmum] relegavit, postea vero revocavit. — *Adrianus* Hierosolymorum reliquias dirui iussit; *Antonius* autem urbem instauravit eique nomen Aeliae indidit.

Decius, Diocletianus.

Decius Christianos persecutus est eorumque multitudinem absumsit; hic est, a quo Socii Cavernae [Septem dormientes], origine Ephesii, fugam ceperunt. Secundum Christianorum Graecorum annales Deus alicujus Imperatoris Romani causa, qui de resurrectione mortuorum dubitaret, eos CCCIX annis ante mortuos in vitam revocasse traditur. — *Diocletianus* et *Maximianus*, socius ejus, Christianos per terras imperii Romani persequebantur ac nece, captivitate et servitute in eos saeviebant.

Constantinus, Julianus.

Constantinus I. Romae sedem habuit, deinde Byzantium se contulit, quod novis moenibus exstructis Constantinopolin nominavit et domicilium Imperatorum fecit. Abiurato fictorum Deorum cultu Christianam fidem professus est anno imperii primo; septimo mater eius, Helena Edessena, quam pater eius ex hac urbe captivam abduxerat, in Palaestinam abiit, ecclesias in Syria aedificavit atque cum Hierosolyma pervenisset, lignum crucis, in qua Messias

suspensus est, e terra eruit eoque potita festum Crucis instituit, ita autem Constantinum a cura in hoc negotium impendenda liberavit. Anno imperii undevigesimo Constantinus episcopos trecentos duodecim Nicaeam arcessivit, qui leges religionis christianae, quibus adhuc carebat, condiderunt; quo facto Romani omnes eas secuti sunt, post hos Armeni; anno vigesimo primo totum imperium ecclesiis implevit. — *Julianus*, filius fratris Constantini, fide Christiana relicta ad idolorum cultum rediit. Sapore, filio Ardaschir, regnante Iracam bello petiit, ibi vero interfectus est, atque Sapor Christianum quendam e Patriciis, nomine Bunianum (Jovianum), Romanis praefecit, qui eos in patriam reduxit.

Theodosius, *Marcianus*, *Zenin* [*Zeno*], *Nastas* [*Anastasius*].

Theodosius Nestorium Patriarcham, episcopum et auctorem sectae, quae ab eo Nestorianae nomen habet, anathemate percussit. — *Marcianus* eiusque uxor Pulcheria in Jacobitas idem fecerunt et anathemati legis vim addiderunt. *Zenin*, e regione Arminac oriundus, Jacobitarum placita sequebatur; eo absente a quodam seditio commota et Constantinopolis occupata est, sed Zenin imperium ab eo confestim obruto recuperavit eumque ad mortem usque in carcere detinuit. — *Nastas*, vir praestantissimus, Jacobitarum doctrinae deditus, multas urbes aedificavit, in his Amorium, cuius cum fundamenta foderentur, magnae opes repertae sunt, quae non

modo sumtibus in aedificanda urbe faciendis suffecerunt, sed etiam in ecclesias et monasteria condenda redundarunt. At Deus haec melius novit.

Justinus, Tiberius, Mauricius, Phocas.

Justinus Edessae aedem Christianam mirabili architecturae arte exstruxit. — *Tiberius* palatia, quibus Imperatores Romani habitare solebant, alia auro, alia argento, alia aere studiose ornavit. — *Mauricio* reges Persarum multas urbes ademerunt. Hic ipse Cosroi Parviz contra Bahram-Schubin opem tulit. *Phocas*, miles quidam ex eius exercitu, in eum irruit eoque confosso imperium invasit. Cuius rei cum nuntius ad Cosroen Parviz pervenisset, hic Mauricii sortem indignatus Schehrizadem misit, qui Byzantium obsedit, qua de re longa exstat narratio. — *Heraclius* Patricius, postquam in Cosrois gratiam venit, in qua- ٧١
dam insula seditionem fecit et copiis collectis Phocam in urbe obruit et interfecit. Regnante Ardaschir, filio Schirveih, cum Persae e Syria decessissent, Heraclius restaurandis Hierosolymis vacavit; denique Arabes Syria occupata imperio Romanorum in ea finem fecerunt.

Caput quintum.

Refertur Vaki judicis narratio de Imperatoribus Romanis.

Annorum seriem insequentem e libro cuiusdam Imperatoris Romani sumsi, inquit Vaki, qui opera alicujus interpretis e lingua Graeca in arabicam trans-

latus est. Vixit Constantinus, Helenae filius, anno ante Fugam ducentesimo nonagesimo septimo et regnavit XXX annos; Constantinus, eius filius, in imperio fuit XXIV annos; Julianus duos et dimidium; Tidus [Theodosius] decennium et VI menses; Batlius [Valentinianus] decennium et IX menses; Ghardinus [Gratianus], Alantilus [Valentinianus] et Tidus [Theodosius Magnus] sexennium; Arcadius, filius Theodosii, annos XIII et tres menses; Tidus [Theodosius], filius Arcadii, annos XLII et mensem unum; Bastinus et Albastinus [?] annos XXIX; Lavi [Leo] Maior XVI; Lavi [Leo] Minor annum unum; Zenin [Zeno] annos XVII; Nastas [Anastasius] XXVII et IV menses; Anthlius [Justinus?] annos IX et menses XI; Castrondas [Justinianus], quo regnante Propheta natus est, XXXVIII annos et tres menses; Stephanus [Tiberius?] quinque annos et tres menses; Markinus [Mauricius], cuius tempore Propheta missionem divinam accepit, XX annos et IV menses; Phocas, cuius sub extremam vitam Fugae anni inceperunt, VIII annos; Heraclius cum filio, quo regnante in Syria bella gesta sunt, XXXI annos; eo imperante Propheta mortuus est; Constantinus, Heraclii filius, cuius tempore Othman interfectus et ad Siffin pugnatum est, XXV annos; Constantinus [Constans], natus ab uxore Heraclii, XVII; Constantinus, Heraclii filius, qui tempore Abdulmelic, filius Mervan, regnavit decenium; Lavi, qui item Aliun [Leontius] dicitur, triennium; Tibaris [Tiberius] septennium; Estinus [Justinianus] tempore Omaris, filii Abdulaziz, annos sex; Estassinus [Anastasius] biennium; Tidus [Theodosius]

biennium; Lavi [Leo], quo regnante Omeiiadae regno ٧٨
privati sunt, annos XXV et tres menses; Lavi [Leo], filius Constantini, annos V; Constantinus, filius Lavi annos IX cum X mensibus; Constantinus annos VI et VII menses; Irene, quae imperium a patre accepit, annos V; Nicephorus, tempore Raschidi, annos VIII et IX menses; Istirad [Stauratius], filius Nicephori, duos menses; Michael, filius Theophili, annos VII et menses V; Theophilus, filius Michaelis, tempore Al-Mamuni, annos XXII et menses IIII; Michael, Theophili filius, cum matre, quae ad filii pubertatem usque imperavit, tempore Almotavakkeli, annos XXVIII. Deinde summa rerum ab hac familia ad Sclavones devoluta est: Basilius Sclavo [Macedo] regnante Almotazz imperium suscepit anno CCLIII idque habuit annos XX; Aliun [Leo], Basilii filius, tempore Almotamed, anno CCLXXIII; Alexander, Basilii filius, tempore Almoetadiri, anno CCXCIX, et in imperio fuit ٧٩
annum cum mensibus duobus: morbo abdominali absumptus est. Constantinus deinde, Leonis filius, XII annos natus, imperium suscepit, quo tamen a Constantino, filio Andraci [Ducae], privatus est; filius, qui Bagdadi versabatur, patre mortuo in Graeciam aufugit: rerum potitus, cum in palatio, hoc est, in domo regia, consedisset, ab amicis Constantini, filii Leonis, qui eo irruerant, percussus est atque Constantinus, Leonis filius, imperium recepit, anno CCCI.

Inter ea, quae tertio capite ipse retuli, et inter Vaki Judicis narrationem magnum est discrimen;

quae equidem e libro Graeco hausi, fide digniora sunt quam quae ille e libro narrat quem is, qui eum transferendum susceperat, fortasse non poterat recte legere. Denique hic referam quae Abu Maschar astronomus in libro de Chiliadibus, de historia Graecorum ac Romanorum dicit. Philippus, inquit, ultimus Graeciae rex, Macedoniae, quae urbs Graeciae est, sedem habuit; Graeci a primo anno regni ejus annorum futurorum computandorum initium fecerunt. Annos Philippicos Romani omnes tripartito dividunt: primam partem, a primo illius anno ad finem ducentesimi nonagesimi quarti, annos Graecorum nuncupant, quia Graeci reges erant et administratores, i. e. duodecim reges, quorum primus Philippus, secundus Alexander fuit; Alexandro IX reges successerunt, quorum unusquisque cognomine Ptolemaei insignitus est, quod nomen a vocabulo belli ducitur; praeterea unicuique aliud cognomen addere solebant, quo singuli discernerentur. Post regem nonum femina, Cleopatra regina, ad imperium accessit, deinde XII viri optimates et eruditissimi, quorum unusquisque illud cognomentum habebat, regnaverunt, inter quos recensetur Ptolemaeus Almagesti auctor. Anni CCCXIII insequentes, qui cum prioribus efficiunt DCVII, Romanis Augustei dicuntur, propterea quod Augustus primus eorum Imperator fuit. Ab illo tempore ad hunc usque diem, anni Diocletiani appellantur, quod imperium ab eo susceptum eius posteris mansit. At Deus mentibus verum inspirat.

Liber tertius.

De ordine chronologico Regum Graecorum.

Legi in libro de rebus Graecorum, cuius interpres Habib filius Bahriz, metropolita Maussilensis, ٨١
esse traditur, haec fere: „Antiquissimis temporibus Graeci a migratione Junan, filii Turis, ex Babylonia ad terras occidentis annos numerabant, quem computum retinuerunt usque ad Alexandrum eiusque victorias de regibus reportatas, quo tempore Graeci in Romanos abierunt. Alexander hac ratione inclaruit: sex annos natus e patria egressus, mari traiecto insulas expugnavit, denique ad Francorum fines, Occidentis remotissimam regionem, pervenit; deinde postquam ex hac profectione rediit, iter per Africam fecit et peragrata Aegypto Syriam petiit, sed praefinitum a Deo erat, ut nihil perficeret. Erectus igitur est animus ejus ad regionem Orientis, ubi se Persarum regem devicturum esse speravit. Cum ad terram persicam appropinquasset, contigit ei, ut rex a nonnullis satellitibus confoderetur. Ita regnum Persarum invasit atque Indiam, quae ultra est, et Orientem extremum petiit, omnes regiones, ad quas perve-

nerat, occupatus. Redux antiquam urbem [Babylonem],
quae quamdiu florebat, sedes regum Chaldaeorum
erat, restaurare voluit, quippe quam diripuisset.
۸۲ Cum prope ad eam accessisset, veneno accepto ex-
stinctus est, tantum XXXII annos natus. Dum vive-
bat, populum ex annis imperii sui tempus computare
atque ab aetatis suae anno XXVII initium ducere
jusserat; hinc igitur Graeci in libris suis annos
numerabant. Postea vero quam mortuus est, ab
anno Alexandri sexto orsi sunt, quippe quod initium
expeditionum ejus esset."

Haec fere sunt quae ille de rebus Graecorum refert; omisi tamen regum post Alexandrum seriem, quae iam in chronologia Imperatorum Romanorum tractata est, secundi libri capite secundo. Neque usquam nisi apud Habib filium Bahriz eorum notitiam inveni.

Liber quartus.

De serie annorum Aegyptiorum.

Nullam chronologiae eorum mentionem inveni nisi in tabulis astronomicis. Naziri in tabulis suis primam atque antiquissimam esse dicit, ad quam Ptolemaeus in Almagesto media intervalla planetarum exegerit, i. e. chronologiam ex eo tempore ductam quo Bochtnasr terra occidentali potitus est; alteram eam, secundum quam Theon tabulas suas composuerit, sive Philippicam; tum Alexandrinam; denique Anto-
nianam, ad quam Ptolemaeus in Almagesti libro ٨٣
stellarum cardinalium computationem direxerit. Secundum Almagesti librum chronologia Aegyptiorum ab initio ejus anni ducitur, quo Bochtnasr ad terram occidentalem accessit; initium fit a die Mercurii. Intersunt autem inter Bochtnasr et Jezdegerdem, regem Persarum, anni MCCCLXXIX et menses tres Persici; inter Alexandrum vero et Jezdegerdem anni DCCCCXLII ac dies CCLIX Syriaci. — Antiquissimis temporibus Aegyptii reges habuerunt, qui Pharaones vocabantur, quemadmodum Nabathaei Nimrodos et Graeci Ptolemaeos, sed isti omnes interierunt eorumque res

gestae perinde oblivioni traditae sunt quam eorum monumenta deleta erant. Nulla de iis superest nec narratio quae tradatur, neque historia quae legatur.

Ita de eo, quod tempori admodum diuturno accidere soleat, poeta quidam dixit:

Nonne vides tempus diuturnum ex animis hominum elabi et oblivioni tradi ut oblivioni tradita est tribus Djodzam?

Liber quintus.

De ordine chronologico annorum Israëlitarum.

Anno trecentesimo octavo Bagdadi inter doctos ٨٤
Judaeos virum inveni, qui se Legis Mosaicae libros memoriter recitare posse profitebatur; quin etiam omnes XII libros propheticos Israëlitarum eum integros recitare posse a quodam eius discipulo audivi. Librorum nomina haec sunt: liber Josuae, filii Nun, liber Judicum, liber Samuelis, liber Regum, liber Sapientiae Salomonis, liber Sabbara [?], liber Ecclesiastae, liber Ruth, liber Schirith [?], Canticum Canticorum, liber Jobi, liber Apophthegmatum [?], Sententiae Jesaiae, Jeremiae, Ezechielis et Danielis. Illum virum, cui nomen Zedekias erat, rogavi, ut mihi ex illis libris de historia Israëlitarum plenum, sed breve summarium colligeret: collecta hoc capite refero.

Lex Mosaica Deum Optimum Maximum post horam tertiam feriae sextae Adamum creasse docet; deinde post ejusdem diei horam sextam ex illo Evam formasse et ambobus Ganâden, hoc est hortum Eden,

habitandum concessisse; cum autem Adam Deo se parum obedientem praebuisset, post horam nonam ambos inde expulisse iisque montem sacrum habitandum dedisse, deinde ad eos angelum misisse, qui Adamum agrum colere, sementem facere, fru-
٨٥ mentum terere, molere et cribrare, Evam autem texere, nere, panem depsere et coquere docuerit. Adamus annos CMXXX vixit atque Seth filium genuit annos CXXX natus; Seth CXII annos post patris decessum superstes fuit, ita ut omnino CMXII annos vixerit. Noa CXXVI annis post Adami mortem natus est, annis MLVI post diem, quo Adam creatus est. Itaque summa annorum mundi, qui usque ad initium aerae arabicae, i. e. Fugae, praeterlapsi sunt, est MMMM et CCCLXXXII; id est: a die, quo Adamus creatus est, ad Noam natum MLVI; inde ad Abraham natum . . . . DCCCL annis post mortem ejus; ab Abrahamo nato ad Jacobi adventum in Aegypto apud Josephum filium, CC et nonaginta; Abraham enim, cum Isaac nasceretur, senex centenarius fuit, et ab hoc tempore ad mortem adhuc LXXV annos
٨٩ vixit; ab Isaaco nato ad Jacobum LX; hinc ad eius mortem CXX; a Jacobo nato donec in Aegyptum venit, CXXX, hinc ad mortem XVII. Jacobus autem decennio post Isaaci obitum in Aegyptum venit. Israelitae in Aegypto ad tempus, quo Moses eos inde eduxit, mansere CCX annos; ab hac emigratione anni fuere CCCCLXXX ad Hierosolyma condita, quae urbs floruit per CCCCX annos, deinde vastata mansit LXX, restaurata iterum floruit CCCCXX, rursus di-

ruta jacuit DLIV; tunc temporis Arabes rerum potiri coeperunt: postremo Omar, filius Chattabi, eam restauravit. Hactenus, quae Zedekias e Lege Mosaica mihi retulit.

Equidem apud quosdam rerum gestarum auctores aedem sacram priorem eversam esse legi a Bochtnasr, filio Reham, vel, ut alii putant, filio Verh, filii Godarzis, jussu regis Lohraspis, postquam Jechonia rege capto deletaque urbe incolas captivos Babylonem misisset. Rex, qui annis LXX post eam instauravit, ut habitari posset, nomine hebraico Coresch appellatur, quem eundem ac Behman, filium Isfendiaris, Judaei esse credunt; id vero cum chronologia Persarum non convenit, cum inter haec duo tempora majus quam duorum seculorum discrimen intersit. A reditu Israëlitarum e Babylonia in Palaestinam usque ad Alexandrum numerantur anni CXLV; a restaurata aede sacra ad excisam a Tito, Imperatore Romano, CCCCLX, idemque est numerus annorum ab Alexandro praeterlapsorum.

In alio quodam libro interfuisse legi inter tempus, quo Salomo aedem sacram aedificaverit, atque regnum Alexandri, annos DCCXVII; inter templum a Persis eversum et Alexandri obitum CCLXIX; prodiisse Messiam sexagesimo quinto anno Alexandrino sive quinquagesimo primo Aschghanidarum, et fuisse natum quadragesimo altero anno Augusti, Imperatoris Romani. Deinde, XL annis post Messiae ascensionem, Hierosolyma a Tito, Vespasiani filio, Imperatore Romano, excisa sunt, trucidatis iis, qui arma ferre

poterant, atque familiis eorum Romam in captivitatem abductis, ita ut Hierosolyma funditus sint diruta neque lapis super lapidem linqueretur. Ab urbe sacra a Tito eversa ad finem imperii Constantini sunt anni CCLXXII; inde ad Fugam CCLXXXV et quod excurrit. In alio quodam libro, cuius auctor Phinehas, filius Batae, Hebraeus esse perhibetur, inter Mosen natum atque tempus, quo Israëlitarum tribus ab eo ex Aegypto in desertum Palaestinense, i. e. Al-Tih, educta est, interiectos esse invenio annos LXXX; a tempore, quo in deserto consedit, ad populum a Josua inde eductum XL; itaque inter natales Mosis et supremum eius diem secundum hanc computationem deprehenduntur CXX anni. Josua, cum Israelitas e deserto eduxisset, arcam foederis secum vehens cum illis ultra profectus est. Tandem Jordanem fluvium trajecit per vadum, quod ei populoque contigit. Hierichuntem urbem oppugnatione sex dierum
٨٩ clausit, septimo populum cornua inflare et simul clamorem tollere jussit; quo facto moenibus collapsis urbs ab eo in praedam data et solo aequata, deinde combusta est cum omnibus quae inerant, praeter aurum, argentum, vasa aenea ac ferrea, quae in aerarium asportarunt. Postea Josua regi urbis Aï eiusque populo bellum intulit: Aï expugnata regem cruci affixit et urbe incensa XII millia virorum, feminarum et liberorum trucidavit. Ab administratione rerum Israeliticarum a Josua primum suscepta, id est a Mose mortuo, ad illius obitum numerantur anni XXVII. Deinde post Josuam imperium tenuerunt

tribus Judae ac Simeonis. Parato bello Canaanitas et Pherezitas petierunt: quibus profligatis decem millia hominum in urbe Baric [Bezek] interfecerunt: regem Baricensem captum Hierosolyma deduxerunt, ubi mortuus est. Deinde Israëlitae a Deo desciverunt et mulum adorarunt: quapropter sceleribus ingravescentibus ad eos missus est Elias, filius Bassin, filii Eizaris, filii Aaronis, filii Amran, qui quum eos hortatus esset, ut flagitia mitterent, ei non obediverunt. Quamobrem per triennium sterilitate laborarunt, quam ille iis imprecatus erat. Deinde Elias aspectui hominum subductus Israëlitis, a quibus desiderabatur, Elisaeum, filium Achtub, successorem constituit. Hic inter eos mansit, quamvis in peccata penitus immersi essent. Arca foederis quoque cum iis erat, a qua petere solebant, ut iis hostes adorientibus a Deo auxilium ferretur. Elisaeo mortuo rex quidam Ilak iis imperavit: qui ab aliquo hoste petitus, arca praelata ei una cum Israelitis obviam profectus est; sed arca ab hoste capta res Israelitarum turbatae ipsique ab hoste in fugam compulsi sunt. Reversi in patriam diu variam fortunam experti sunt, idque tempus, quo post Josuae obitum eorum res a ducibus et iudicibus administrabantur, est annorum CCCCLX; singulatim sic: Cuschan, rex Aram, oriundus e posteris Loth, qui in tractu Damasceno habitabant, iis propter peccata praefectus est VIII annos; a bello immunes fuerunt XL; imperavit iis Eglon, rex Dab [Moab], eosque oppressit annos XVIII; a bello vacaverunt LXXX; imperavit iis Jabin, rex terrae Canaan, qui notus

est nomine Nakisch (?), et in ditione sua eos habuit XX; a bellis vacaverunt XL; imperaverunt iis Madianitae, posteri Loth, qui circa fines Hedjaz incolebant, VII; iudicis munere Gedeon, filius Joasch, inter eos functus est annos XL; imperavit iis Amalec [Abimelech], filius Gedeonis, triennium; iudex fuit Thola, filius Phua, XXIII annos; deinde eo munere Iabin [Iaïr] Israelita functus est XXII annos; oppresserunt eos Ammonitae, gens Philistaea, XVIII; iudex fuit Jephtach et res Israëlitarum administravit VI; iudex fuit Jachsum, Bethlehemita Israelita, VII; iudicis munere functus est Elon X; eodem Abdon VIII, cui erant XL filii ac XXX nepotes, qui simul cum eo asinis vehebantur; secundum Philistaei eos oppresserunt XL annos; Samson, heros Israelita, iudex fuit XX; deinde Israelitae iudicibus caruerunt decennium; tum Eli pontifex, quo res administrante Asdodi, Gazae et Ascalonis incolae arcam foederis ceperunt, iudicis munere functus est annos XL; anno vigesimo primo principatus ejus duo millia annorum mundi completa sunt; pontifice defuncto res Israëlitarum Samuel administravit XX annos; deinde Samuel caput Taluti, cuius nomen Syriacum est Saul, oleo unxit, ut regis nomine Israëlitis imperaret: hic XL annos inter eos mansit. Post Talut XL annos regnavit David, qui in expeditione adversus Goliathum Taluti vicarius fuerat; deinde item XL Salomo, filius Davidis; tum eius filii ac nepotes, usque ad id tempus quo Bochtnasr eos bello devictos Hierosolymis expulit et quotquot incolas ceperat, Baby-

lonem commigrare coegit. Jam antea Sennacherib, rex Maussilensis, tempore Jesaiae, cum posteri Salomonis regnarent, iis bellum intulerat. — Annorum summa usque ad Hierosolyma a Bochtnasro capta est CCCXCIV cum sex mensibus; ex quibus tribuuntur Archabeamo [Rehabeamo], filio Salomonis, anni XVII; Abiae, filio Archabeami, III; Asae, filio Abiae, XLI; Josophato, filio Asae, XXV; Joramo, filio Josaphat, VIII, qui paterno regno adnumerantur; Ahaziae, filio Joram, annus unus; Joascho, filio Ahaziae, XL anni; Amaziae, filio Joasch, XXIX, e quibus quatuor ante captivitatem eius elapsi sunt; Uzziae, filio Amaziae, LII, e quibus quindecim annos regnavit patre adhuc vivo, sed in vinculis detento; Athaliae, matri Ahaziae, VI; Jothamo XVI; Hizkiae, filio Achaz, aequali Jesaiae, XXIX; Manassae, filio Hizkiae, XXV; Amoni, filio Manassae, biennium; Josiae, filio Amonis, XXXI; Jehoachazo, filio Josiae, tres menses; Jehojakim oXI anni; Jechoniae, filio Jehojakim, quem Bochtnasr captivum Babylonem deduxit, tres menses. Deinde Zedekia regnavit, constitutus a Bochtnasr, cum hic Hierosolymis relictis Babylonem peteret; ille vero, ubi Bochtnasrum discessisse comperit, aperte ab eo descivit, quo facto hic redux Israelitas denuo adortus est, urbem vastavit, templum solo aequavit, Zedekiam cepit, totam gentem Israeliticam captivam in Babyloniam abduxit. Ita Hierosolyma cum aede sacra sub ditionem Bochtnasri redacta, vastata jacuerunt LXX annos. Israe-

litae autem, cum e captivitate reversi essent, in Romanorum ac Graecorum potestatem venerunt.

In alio denique libro Bochtnasrum Hierosolymis reliquisque Occidentis partibus XLV annos imperavisse invenio, et quidem ante deletam aedem sacram XIX, postea XXVI; deinde regnum eorum transiisse ad Evkerdudj [Evilmerodach?], qui XXII annos in imperio fuerit; successisse Belschazzarum et triennium regnasse; denique Dara, filium Darae, cujus nomen syriacum sit Dariavesch, Belschazzarum interfecisse.

Liber Sextus.

De ordine chronologico Lachmitarum, regum Arabum Iracensium.

Arabes Jemenenses cum rupto aggere ex urbe Mareb in Iracam et Syriam dispergerentur, Tanuchitae, familia Azditica, in Iracam abiere. Malec enim, filius Fahm, fil. Ghanm, fil. Daus, fil. Udthan, Azdita, unus e posteris Nasr, filii Azd, cum magno numero Azditarum, atque Malec, filius Fahm, filii Teimallah, filii Assad, filii Vabara, filii Codhaa, cum magno numero Codhaïtarum emigraverunt. Relicta Tehama cum Codhaïtae ad Bahrein transiissent, Malec, filius Fahm, Azdita, Maleco Codhaïtae: Subsistamus, inquit, in Bahrein et contra omnes, quotquot nobis arma intulerint, foedus sociale componamus. Foedere icto
Tannuchitae [id est qui subsistunt] appellati sunt: 10
factum autem id est tempore Regulorum. Postea oculos in Iracam converterunt, quae tunc nonnullis quidem regulorum indigenarum subdita erat, sed defensore carebat. Itaque terra Bahrein relicta Azditae cum Maleco, filio Fahm, Azdita, ad Iracam tenderunt, Codhaïtae vero, duce Maleco, filio Fahm, Codhaïta, in Syriam secesserunt huiusque terrae aliqua

parte potiti sunt. Deinde gens Salichi, filii Holvan, inter Codhaïtas regnavit, denique imperium ad Dhodjomitas transiit, penes quos remansit donec Dschafnidae rerum sunt potiti.

Malec, filius Fahm, Tanuchitis Iracensibus tempore Regulorum imperavit sedemque in Ambar habuit, ubi usque ad mortem degit, quam Soleima filius emissa sagitta ei ignoranti intulit. Postquam autem Soleimam percussorem esse cognovit, dixit:

Sic mihi rependit iste, cui Deus nihil boni rependat!
Soleima, — profecto malum mihi rependit:
Quotidie eum artem iaculandi docebam; ut vero
brachium eius directum est, me ipsum petiit.

Quibus dictis extremum halitum efflavit. Soleima ad Omanam fugit, fugientem autem insecutus est in Omana Djadzima, filius Malec, filii Fahm (ejus frater). Deinde *Djadzima Maculosus,* filius Malec, filii Fahm, regnavit: vir acri consilio praeditus, incursiones longinquas instituens, hostes gravissime affligens, prudentia conspicuus. Primus, copiis suis in agmina distributis, Arabum tribus incursionibus vexavit. Lepra laborabat; verum Arabes eum majore prosequebantur reverentia, quam ut eum cognomine inde ducto notarent; itaque Djadzima al Abrasch [maculis albis sparsum] et Djadzima al Vaddhach [albicantem] appellarunt. Potitus est eo tractu terrae Savad, qui est inter Hiram, Ambar, Raccam, Ainettamr, Cuthcuthanam et ceteros pagos deserto arabico vicinos, quorum incolas tributa sibi ex opibus pendere cogebat. Thasmitis et Djadisitis in ipsorum sedibus,

11

quas in planitie Jemamae locisque circumiacentibus habebant, bellum intulit, sed quum jam Hassani, filii Tobbae, equitatum, in eos incursionem fecisse invenisset, cum suis se recepit; recedentem turma equitum Hassani insectatur, agmen ejus equestre adoritur et ad internecionem redigit. Ejus de expeditionibus et excursionibus adversus tribus Arabum factis poeta aliquis dixit:

Djadzima stationem habet Jabrini: jam possidet,
quaecunque Aditae suo tempore collegerunt.

Vitam ad tempora Saporis, filii Ardaschiri, regis Sassanidae, produxit atque rex Maadditarum et aliquot tribuum Jemenensium fuit. Prolem non habuit praeter Zeinab filiam, matrem Mortii, cujus verum nomen erat Amr, filius Moaviae, filii Cendae. Sub finem vitae cum in Syriam incursionem fecisset, Amr, filium Hassan, filii Tharab, filii Odzeinae, regem Amalecitarum et patrem Zabbae, occidit, quapropter haec paternum sanguinem in eo ulcisci clam studuit, ac tandem eum interemit. Is Odzeina ille est, de quo Ascha poeta sic dicit: ٩v

Removit (fortuna) Odzeinam ab ipsius regno et
expulit ex ipsius arce Dzu-Jezenum.

Postquam Djadzima LX annos regnavit, haereditatis iure successit nepos ex sorore, *Amr, filius Adi*; mater erat Racasch, filia Maleci, filii Fahm, filii Ghanm, filii Daus, filii Udtham. Hic inter reges arabicos primus Hiram sibi sedem sumsit, primus ab Hirensibus in libris suis inter reges Arabum Iraecensium recensetur; ad eundem genus regum Ira-

censium, id est Nasridarum, tanquam ad auctorem refertur. Quamdiu vixit, regiam potestatem exercuit; obiit annos CL natus. Absoluta potestate imperium solus tenebat, expeditiones suscipiebat, praedas agebat; tributa ad eum deferebantur et legationes ad eum veniebant, neque Regulis Iracensibus per longissimum aetatis suae tempus obnoxius erat, donec Ardaschir, filius Babec, cum Persis in Iraca advenit. Is Ardavanicis, id est Nabathaeis Iracensibus, praefectum invenit regem Ardavan, atque Armanicis [Aramaeis], id est Nabathaeis Syris, regem Baba, quorum uterque cum altero bella propter imperium
١٨ gerebat. Tum vero ad oppugnandum Ardaschirum ita se junxerunt, ut altero die Ardavan, altero Baba bellum gereret. Quoties igitur Babae vices erant, Ardaschir eum non laedebat; quoties Ardavani, Ardaschiro impar erat. Itaque Ardaschiro visum est cum Baba pacem facere ea lege, ut Baba a bello adversus ipsum gerendo desisteret et Ardavanum ipsi permitteret. Quum Baba consensisset, Ardaschir ad bellum cum Ardavano gerendum otium nactus, eum haud multo post interfecit et omnibus, quae in illius potestate fuerant, terris, opibus atque viris potitus est. Tum Baba tributum ei persolvit eique plenum obsequium praestitit. Ardaschir vero Iraca in ordinem redacta omnes, quos ibi habebat, adversarios coegit, ut, quaecunque ipse vellet, facerent, sive iis liberet, sive non liberet. Itaque multis Tanuchitis tam obnoxiam in Iraca clientelam indignatis, tota tribus Codhaïtarum, quae cum Maleco

et Amr, filiis Fahm, et Maleco, filio Zoheir, aliisque advenerant, in Syriam se recepit et ad eos, qui ibi iam erant, Codhaïtas se adjunxit. Erant quoque inter Arabes, qui facinore aliquo in tribules commisso vel ob victus penuriam ad Rif Iracense [regiones riparias] emigrarent Hiraeque considerent; hoc vero plerisque eorum ignominiae erat. Hinc factum, ut incolarum Hirensium genus triplex evaderet: prima pars Tanuchitae, qui in ripa Euphratis occidentali ab Hira ad Ambar usque et ultra, umbracula et tentoria e crinibus caprinis et camelinis facta 11
habitabant; altera Ebaditae, qui planitiem Hirensem incolentes illic tecta sibi conficiebant; tertia Foederati, qui quum se ad Hirae incolas applicuissent, neque ad Tanuchitas scenitas, neque ad Ebaditas, qui Ardaschiri potestati se subiecerant, pertinebant. Hira et Ambar urbes exstructae eo tempore erant, quo Bochtnasr Iracam administrabat: eo mortuo Hira propterea, quod incolae Ambar migraverant, vastata est. Ita Ambar per secula quinque et dimidium floruit, donec Hira, regnante Amr, filio Adii, qui ibi sedem suam sumserat, rursus effloruit et plus DXXX annos florere perrexit, usque dum Cufa condita Arabes muslemici ibi consederunt. — Amr, filius Adii, omnino CXVIII annos regnavit, quae temporis definitio cum ea convenit, quae apud auctorem Libri Almochabbir legitur, sed discrepat ab ea, quae in Libro Notitiarum invenitur. Ex iis CXVIII annis exegit XCV regulis regnantibus, reliquos vero XXIII sub regibus Persarum, et quidem XIV annos decem-

que menses sub Ardaschiro, filio Babec, VIII autem annos duosque menses Sapore, filio Ardaschiri, imperante.

١٠٠ *Imrulcaïs*, filius Amr, filii Adii. — Post Amr, filium Adii, regnum suscepit filius eius Imrulcaïs Al-Badu, id est in lingua eorum Primus: matre natus Mavia, filia Amr, sorore Caab, filii Amr, Azditae. Annos CXIV regnavit, quorum sub Sapore, filio Ardaschiri, complevit XXIII, sub Hormoz, filio Saporis, annum cum decem mensibus; sub Bahrâm, filio Hormoz, novem annos et tres menses; sub Bahram, filio Bahram, filii Bahram, XIII mensesque sex; sub Narse, filio Bahram, IX annos; sub Hormoz, filio Narsis, XIII; sub Sapore, Scapularum perfossore, XX annos et quinque menses.

Huic successit *Amr*, filius Imrulcaïs et Hindae, filiae Caab, filii Amr; annos regnavit LX: sub Sapore, Scapularum perfossore, LI et septem menses, sub Ardaschiro, fratre Saporis, V, sub Sapore, filio Saporis, IV et quinque menses. At Deus optimus est rerum cognitor.

١٠١ *Imrulcaïs*, filius Imrulcaïsi Al-Badu, filii Amri. Post Amr, filium Imrulcaïs, in regnum substitutus est per quinque annos Aus filius Calam, filii Botheinae, filii Djomeihir, filii Lichjan, Amalecita, et quidem tempore Ardaschiri, fratris Saporis; sed eum oppressit Djaehdjaba, filius Abilis, e posteris Faranis. Quem Faranem Ibn Calbi esse tradit filium Amr, filii Amlic: Faranidarum autem, e quibus Djaehdjaba oriundus erat, familia Hirensis est.

Ausso a Djachdjaba sublato et principatu ad Nasridas revoluto regnavit Imrulcais Al-Badin [Corpulentus]: is Mocharrec [Combustor] primus est, quem Aswad, filius Jafer hoc versiculo commemorat:

Quid mihi sperandum erit, exstincta gente Mocharrec?

Primus comburendo punivit Amr, filium Thauc. Annos XXI et tres menses regnavit, et quidem sub Sapore, filio Saporis, V annos, sub Bahram, filio Saporis, XI, sub Jezdegerde, filio Saporis, V cum tribus mensibus.

Post eum filius *Noman* Luscus, Peregrinator, ad imperium accessit, qui Chavarnac et Sadir arces condidit atque Halima equa uti solebat. Mater eius Schakika, filia Abu Rabia, filii Dsohl, filii Scheiban, filii Thalebae: frater Schakikae ex communi patre erat Amr Mozdalef; frater Noman Lusci e matre communi Schakika erat Hassan, filius Zoheir, Lachmita. Regnavit autem Noman a die quo imperium suscepit, ad tempus quo depositis regiis insignibus orbem terrarum peragrare coepit, XXX annos, quorum XV cum octo mensibus sub Jezdegerde, filio Bahram, filii Saporis, XIV reliquos et quatuor menses sub Bahram Gur, filio Jezdegerdis, complevit. Noman ex iis regibus Arabum fuit, qui hostes gravissime afflixerunt et incursiones susceperunt maxime longinquas: Syriam crebris expeditionibus petiit, atque incolis magnopere vexatis hominum pecorumque praedas abegit. Persarum rex duas legiones cum eo mittere solebat: Al-Schahba et Dausar,

quarum illa e Persis constabat, haec ex Tanuchitis: his adjutus Arabes sibi nondum subiectos adoriebatur. Vir erat providus ac strenuus, regnum suum bene continens, atque tantam vim opum, famulorum et mancipiorum collegit, quantam regum Hirensium nemo alius habuit. Tunc temporis Hira ad Euphratis ripam usque pertinebat; nam Euphrates illo tempore tam prope ad eas partes, quae nunc siccae sunt, accedebat, ut etiam ad tractum Nedjef pertingeret. Noman post annorum XXX imperium ad sedem suam in Chavarnac collocatam cum ascendisset atque occidentem versus ad
٢٠٣ tractum Nedjef et ad palmas, pomaria, hortos ac rivos despiceret, orientem versus ad Euphratem, magnopere delectatus est iis, quae in camporum planitie vidit, herbarum viriditate, arborum floribus, rivis fluentibus, tuberum collectione, camelis ad pastum ductis, dorcadum et leporum venatione; in Euphrate, nautis, urinatoribus ac piscatoribus; in ipsa urbe Hirae, opibus, famulis et civibus suis huc illuc discursantibus. Haec apud animum suum deliberans secum dixit: Qui horum fructus, quae ego hodie possideo, cras alius possidebit? Postquam igitur suos cubicularios misso ad eos mandato a porta sua removit, ingruente nocte involutus amiculo terram peragrare coepit nec ultra a quopiam visus est. De eo 'Adi, filius Zeid, Noman filium Mondziri alloquens, haec dicit:

Prae oculis habe arcis Chavarnac dominum,
quando ex alto circumspexit: utique ad salutem quaerendam contemplatione opus est.

Conditio sua gaudio eum affecit et opum multitudo et mare late effusum et arx Sadir.
Mente vero a rebus externis avocata dixit: quae est felicitas viventis ad mortem deventuri!

Mondzir, Nomani filius et Hindae, filiae Zeid Menat, filii Zeid, filii Amr Ghassanidae, patri successit et XLIV annos regnavit, e quibus sub Bahram-Gur, filio Jezdegerdis, complevit VIII et menses novem; sub Jezdegerd, filio Bahram-Guri, XVIII annos cum tribus mensibus; sub Piruz, filio Jezdegerdis, XVII annos.

Asvad, filius Mondziri, qui matrem habebat Hir- ١٠٤
ram, filiam Nomani, ortam ex Heidjumanitis, Lach-
mitarum familia, regnum per XX annos obtinuit,
et quidem sub Piruz, filio Jezdegerdis, decennium;
sub Balasch, filio Piruz, quadriennium; sub Cobad,
filio Piruz, sex annos.

Post hunc frater *Mondzir,* filius Mondziri, a communi matre Hirra natus, imperium VII annos gessit sub Cobad, filio Piruz.

Post hunc fratris filius *Noman,* filius Asvad, qui matrem habebat Omm-el-Melic, filiam Amr, filii Hodjr, sororem Hareth, filii Amr Cenditae, tempore Cobadis quadriennium regnavit.

Abu Jafur, filius Alcamae, Dzomeilita (est autem Dzomeil familia Lachmitarum), post Nomanum summa rerum potitus, triennium sub Cobad, filio Piruz, imperavit.

Deinde filium Nomani Lusci regem constituerunt, cui nomen erat *Imrulcaïs,* filius Nomani, filii

Imrulcaïs. Is tempore proelii Owarensis Becritis, qui posteros Akil-ul-morar adiuvabant, in ipsorum sedibus bellum intulit eosque in fugam coniecit. Becritae
١٠٥ vero antea res proclinatas regum Hirensium fulcire hosque sustentare solebant. Idem rex arcem, nomine Sinnin, opera Sinimmar, architecti graeci, exstrui iussit. De hac arce poeta quidam dixit:

> Utinam nossem, quando camela eum advectura
> sit Odzaib versus ac Sinnin.

Sinimmarem aedificatorem interimi iussit; atque de eo Motelammes dixit:

> Lachmita, spreta necessitudine nostra, mihi retribuit quemadmodum Sinimmari retributum est innoxio.

Annos regnavit VII, tempore Cobad, filii Piruz.

Mondzir, filius Imrulcaïs, qui etiam filius Mâës-samaae et Dzul-Carnein appellatur. Mâëssama [Aqua coeli] cognomen matris est, nomen autem Mavia, filia Auf, filii Djofcham, filii Helal, filii Rabia, filii Zeid Menat, filii Amer [filii Saad] Aprici, filii Chazredj, filii Teim Allah, filii Namr, filii Casseth; alii tamen eam sororem Coleib et Mohalhel dicunt; appellabatur autem Aqua coeli ob egregiam eius pulchritudinem. Regnavit annos XXXII et quidem
١٠٦ sub Cobad, fil. Piruz, VI, atque sub Anuschirvan Kesra, fil. Cobad, XXVI. Hareth Claudus Djafnita, qui et Munificus dicitur, eum die Obaghensi occidit, de quo exstat proverbium: dies Halimae non latet. In libro Notitiarum is, quem Hareth Claudus die Halimae occiderit, Mondzir, filius Imrulcaïs, fuisse

perhibetur, atque dies Ain-Obaghensis illo Halimae die posterior, quo huius Mondziri filius Mondzir, sanguinem patris ulturus, ab eodem Hareth Claudo occisus sit; alios tamen, inquit scriptor, narrantes audivimus, ejus percussorem fuisse Morram, filium Culthum, fratrem Amr, filii Culthum, Taghlebitam.

Successit *Hareth*, filius Amr, filii Hodjr Akil-ul-morar, Cendita. Duplex fuit causa, quod imperium a Lachmitis ad Cenditas translatum est; prior, quod Cobad Rex, filius Piruz, strenua regni administratione neglecta subditos segniter coercebat. Eius enim pater, Piruz, cum Heithalitis, incolis tractus cuiusdam Chorassanici, filium secum ducens bellum intulisset, ipse occisus est, Cobad captivus abductus. Milites vero persici illos adorti Cobadem in libertatem vindicavere; qui cum vinculis liberatus imperium suscepisset, patris et caedem et occisores non curavit; regnum collapsum est, quia rex vitae futurae operam dabat; Persae sceleribus exsultarunt atque percrebuit inter eos Zendicismus. Huius superstitionis auctor Mazdac fuit, filius Bamdadan, Magus, qui congregatis circa se credulis regnum promisit. Qua de causa et Arabicum regnum infirmatum est, quia vires principum Arabicorum a Persarum regibus alimenta accipiebant. Tum igitur Becritae Hareth, filium Amr, filii Hodjr Akil-ul-morar, Cenditam sibi praefecerunt, atque Mondzir profugus, Hira imperii sede relicta, ad Djersam Calbitam se recepit, apud quem aliquamdiu substitit. Cobade vero mortuo, Cosroes Anuschirvan, filius eius, qui successit, prorsus contra-

riam patri iniit viam. Orsus enim a Zendicitis
caede et carcere eos sustulit, quo regnum suum
firmavit; tum Mondzirum in regnum restituit. Altera
vero causa haec fuit, quod, cum Imrulcaïs Al-
Badu, qui tribus a Rabia oriundas bello vexabat
et gravissime affligebat (unde et Maëssamaam, uxorem
Abu Chaut Alchazaïr, rapuit), in aliqua suarum ex-
peditionum minore cautione uteretur, Becritae impetu
in eum facto copias ejus fugarunt ipsumque capti-
vum abduxerunt et custodiendum Salimae, filio Mor-
rae, filii Hammam, filii Morrae, filii Dzohl, filii
Scheiban, tradiderunt; is vero accepto pretio cap-
١٠٨ tivum liberavit. Illa simultas in animis Becrita-
rum haesit, donec potestas Cobadis regis infracta
est. Eo tempore Becritae Hareth, filium Amr, filii
Hodjr, nuntiis ad eum missis ad suscipiendum im-
perium invitarunt et copiis ei collectis ad res cum eo
gerendas affuerunt: quo factum est, ut regnum ca-
pesseret et Arabes ei se subjicerent. Hischam, patris
sui verba referens, hunc Hareth in numero regum,
quos libri Hirensium recenseant, inveniri negat. Con-
iicio, inquit ille, eum ideo omissum esse, quod non
impetrata a Persarum regibus venia imperium in-
vasit atque procul a Hira, regni sede, agitabat.
Nemo eius sedem noverat, cum ubique per Arabum
terras vagaretur.

Tum *Mondzir*, filius Imrulcaïs, iterum rerum potitus est. Cosroes Anuschirvan enim Zendicitis sublatis, cum filium Akil-ul-morar eorum superstitioni deditum esse audivisset, legatione missa Mon-

dzirum in regiam suam arcessivit, hinc manu equitum firmatum cum regia potestate Hiram remisit. Rege Mondziro, filio Imrulcaïs, poetam Imrulcaïs vixisse inde constat, quod ejus arma misso legato repoposcit Hareth, filius Abu Schamir, Ghassanida, hic autem Hareth Maior, percussor Mondziri, filii Imrulcais, erat; idque ante natales Prophetae XL fere annis accidit; natus enim est XL annis postquam Anuschirvan solium regium conscendit: ۱۰۹
Imrulcaïsum illo tempore vixisse etiam ipsius verba probant, ubi Tamimitas, qui patrem suum prodiderant, hoc versu castigat:

Nec lorum ephippii mei, neque Udas, neque clunes
asini, quas postilena fricat, fidem praestiterunt.

Udas autem avus est Lakithi et Hadjebi, filiorum Zorarae. Ceterum rerum scientia penes Deum est.

Amr, filius Mondziri, qui etiam filius Hindae dicitur et Modharrit al hidjara et Moharrec (Combustor) secundus, matrem habuit Hind, filiam amitae Imrulcaïs poetae, filiae Amr, filii Hodjr Akil-ul-morar; ea peperit Mondziro, filio Maëssamaae, Amr, Cabûs et Mondzirum. Propter hunc interfectum Amr, filius Culthum, vicissim interemtus est, quapropter Achthal ait:

O filii Coleib! duo patrui mei reges occiderunt
et captivorum numellas solverunt.

Intelligit per unum patruorum Amr, filium Culthum, percussorem Amr, filii Hindae, per alterum Morram, filium Culthum, qui interfecit Mondzirum, filium Nomani, filii Mondziri. Amr, Hindae filius,

rex praepotens, Tamimitas in sedibus eorum invasit, atque die Ovarae posteriore centum Daremitas trucidavit pro fratre suo Assad, filio Mondziri. Regnum per XVI annos sub Anuschirvano tenuit. Mense sexto anni, ex quo regnare coeperat, noni, Propheta natus est, isque annus Elephantinus dicitur, quo Abraha Aschram [i. e. mutilum nasum habens] Abu Iacsum elephanto vectus Meccam oppugnavit; quo anno de Anuschirvani, filii Cobadis, imperio XXXIV anni et octo menses exacti erant, aut, ut alii contra statuunt, XLI. Ab hoc tempore Amr, filius Hindae, adhuc VII annos et dimidium in imperio fuit.

١١٠

Cabus, Mondziri filius, fratrem excipit et quadriennium sub Anuschirvano regnat. Sunt, qui eum regnasse negent et ideo regem appellatum esse dicant, quod pater et frater reges fuissent. Placido erat ingenio atque Tentatio (pellector) sponsarum dictus est; alii vero corpore ac mente imbecillem fuisse perhibent. Jeschcorita quidam eum occidit et spoliavit. — Hinc per annum *Pischehert* Persa sub Anuschirvano regnavit.

Mondzir, filius Mondziri, frater Amr, filii Hindae, quadriennium regnavit, octo menses sub Anuschirvano et tres annos quatuorque menses sub Hormoz, filio Anuschirvan. Sed Deus occulta novit.

١١١ Deinde post patrem *Noman*, filius Mondziri, Abu-Cabus dictus, ad imperium accessit; is Obeid, filium Alabras, die suo nefasto occidit, itemque Adi, filium Zeid; Nabeghae Dzobianitae patronus erat. Cir-

cesium oppugnavit et Al-Gharieia condidit, i. e. duas moles, quas sanguine eorum, quos diebus suis nefastis interfecerat, illinere solebat. Perhibent quidam rerum scriptores eum, postquam idola coluisset, suasore Adi, filio Zeid, sacra Christiana amplexum esse. Cuius rei causam sic narrant: cum aliquando una cum Adi, filio Zeid, extra Hiram in sepulcreto juxta Euphratem substitisset, Adi eum rogavit: Scisne tu, a quo avertatur maledictio, quid haec sepulcra dicant? Quod cum ille se scire negasset, ea hoc dicere aït:

O vectores, qui jumentis citatis per terram festinatis,
Sicuti vos, viximus, et quales sumus, eritis.

Cum rex versus repeti jussisset, ille: Hoc quoque, inquit, dicunt:

Multi vectores, qui vinum cum aqua limpida mistum potaturi jumenta circa nos procumbere jusserant,
Mane a fortuna ludente abrepti sunt: sic fortuna vices versat.

Ita e socordia expergefactus Christianae fidei nomen dedit. Mater eius Salma, filia Vaïl, filii Athiae Assaïgh [Aurificis], ex urbe Fadak oriunda erat. Annos XXII regnavit, ex quibus sub Hormoz,
filio Anuschirvan, exegit VII et octo menses; sub ١١٣
Cosroe, filio Hormoz, XIV et quatuor menses. Is cum a Cosroe Parviz, filio Hormoz, interfectus esset, regnum Lachmitarum extinctum est. Eius caedes causa fuit proelii Dzucarensis. Inter liberos

Nomani fuerunt Mondzir Almaghrur [Deceptus, vel Superbus, Fastuosus], quod nomen sibi ipsi imposuit; Hind, Charca, Charica et Amfakir.

Iias, filius Cabissae, Thaïta, et cum eo Bachregan Persa, tempore Parviz septem annos regnaverunt. Mense undevigesimo regni eius Propheta legatus fuit, post elapsos imperii Parviziani annos XVI, aut, ut Mohammed filius Habib vult, annos XX. Ceterum Deus verum novit.

Zaduba, filius Mahbiian, filii Mihrabendad, Hamadanensis, annos XVII in imperio fuit: sub Parviz XIV cum octo mensibus; sub Schireveih, filio Parviz, octo menses; sub Ardaschiro, filio Schireveih, annum et septem menses; sub Buran, filia Parviz, mensem unum. Anno vigesimo nono, aut, ut Mohammed filius Habib perhibet, trigesimo tertio regni Parviziani fuga Prophetae accidit. Cum Zaduba XV
۱۱۳ annos et octo menses regnasset, Propheta obiit et successit Abubecr, idque factum est mense quarto regni Ardaschir, filii Schireveih.

Mondzir, filius Noman, filii Mondzir, quem Arabes Almaghrur [Deceptum] appellant, successit atque occisus est in Bahrein, proelio Djovathensi. Hic et alii imperium gesserunt octo menses, donec Chaled, filius Valid, Hirae [cum exercitu moslemico] advenit.

Omnes igitur reges Nasridae et qui post eos in imperium Hirense suffecti sunt, Ebaditae ac Persae, numero XXV, regnavere annos DCXXIII et undecim menses. Sex, quos supra commemoravimus, regno Nasridarum insertos esse Hischam refert, hos: Aus,

filium Calam; Hareth, filium Amr, filii Hodjr, Cenditam; Abu Jafur, filium Alcamae; Iias, filium Cabissae, Persasque Schehert et Zaduba. Nemo horum regum Hirae mortuus esse traditur, praeter unum, Cabus, filium Mondziri; ceteri omnes vel in expeditionibus, vel in venationibus, vel in peregrinationibus mortui esse dicuntur. Cuius rei causam Arabes salubritati coeli Hirensis tribuunt, de qua in proverbio dicere solent: Una nox Hirae transacta magis prodest quam sumta potio.

Theodoretus. Chaled, filius Valid, Hirae advenit tempore Buranae, filiae Parviz, post praeteritos ۱۱۴
a fuga Prophetae XII annos. Exeunte regno Abubecri regnum capessivit Burana, et post illud tempus, quo Chaled Hirae advenit, septem adhuc menses regnavit, tres quidem sub Abubecro, quatuor sub Omare.

Azermin Docht, filia Parviz, sub Omare sex menses imperium gessit.

Jezdegerdes, filius Schahriar, filii Parviz, XIX annos in imperio fuit: IV sub Omare, Madaïnae, antequam ab Arabibus illuc progressis inde discedere cogeretur; postea XV, donec Mervae interemtus est: sub Omare V annos et VIII menses, sub Othmano IX annos et IV menses.

Liber Septimus.

De ordine chronologico Ghassanidarum, regum gentis Arabicae in Syria.

Djafnidae, qui ab Imperatoribus Romanis Arabibus Syriacis praefecti erant, sicuti Nasridae a regibus Persarum sub finem regni eorum Arabibus Iracenis, originem a gente Azdita ex Arabia felice ducebant. Azditae enim, cum ruinam obicis aquarum, qui lingua Himiaritica Arim nuncupatur, instare animadvertissent ideoque diluvium timerent, discesserunt ita,
١١٥ ut pars in Syriam abirent ibique ad fontem quendam, nomine Ghassan, considerent; unde cum aquam bibendi causa peterent, Ghassanidarum nomen acceperunt. Postea Thalaba, filius Amr, Ghassanida sedem eorum in desertum Syriacum transtulit, cui reges ab Imperatoribus Romanis constituebantur. Ibi igitur Ghassanidis *Salich ben Holvan*, sub cuius clientela sedem fixerant, tributum imposuit. Sobeith, qui illud exigebat, Thalabam, filium Amr, filii Auf, filii Dhodjom, filii Chamatae, adiit, atque cum hic rogasset ut diem solvendo prorogaret, respondit: Sine

mora tributum affer; sin minus, familiam tuam abducam. Thalaba, viro placido, interroganti, num quem vellet qui eum molestia tributi exigendi liberaret, ille se velle respondit. Adi igitur, inquit Thalaba, fratrem meum Djidz, filium Amr. Djidz autem vir violentus erat; ad quem cum Sobeith accessisset eumque eodem modo quo Thalabam allocutus esset, cum gladio inaurato foras egressus: num hic, inquit, dum tibi tributum colligam, eorum, quae tibi debentur, pignus erit? Annuit Sobeith; ille: sume igitur; cum autem Sobeith vaginam prehendisset, Djidz ferro districto eum occidit. Unde dictitari coeptum est: sume a Djidz, quod tibi dat; quod dictum in proverbium abiit. Hinc bellum exortum est inter Salichidas et Ghassanidas, atque illis e Syria expulsis Ghassanidae imperium obtinuerunt. Deus autem quae in rebus vera sunt optime novit.

Primus Ghassanidarum rex *Djafna* fuit, filius Amr ١٢٩
Mozaikiia [Laceratoris], filii Amer Mâëssama [Aquae coelestis], filii Harethae Ghithrif [Liberalis], filii Imrulcais Patricii, filii Thalabae, filii Mazen, filii Azd, filii Ghauth. Azditae Amr ideo Laceratorem cognominatum esse perhibent, quod quovis regni sui die binas vestes laceraret, ne quis alius eas indueret; hinc ipsum Laceratorem et posteros eius Laceratoris prolem appellatos esse. Sic nonnulli; aliis vero cognomen inde petendum videtur, quod eius tempore Azditae dispalati [quasi lacerati] sint, cum obicis ruinam metuentes fugissent. Qua Azditarum discessione e terra Sabaea propter aquarum eluviem in proverbium

versa Arabes dicunt: abiit haec illa tribus sicuti Saba. Obicis autem illius ruina CCCC annis ante stabilitam Mohammedis religionem accidisse atque Amer ideo Aqua coelestis appellatus esse traditur, quod Azditis fame et inopia conflictatis victum suppeditaverit, dum denuo pluerit; hinc illos dixisse: Amer nobis pro aqua coelesti est. — Djafnam regem Arabum Syriacorum creavit Imperator Romanus Nestorius [?]; qui rex ita rerum potitus reges Codhaïtarum de gente Salich, quibus nomen erat Dhodjom, interfecit; Codhaïtae autem omnesque Romani, qui in Syria erant, ejus imperio se submiserunt. Condidit Djillic, Cariam multaque aedificia publica; mortuus est postquam XL annos tresque menses regnavit.

٤٤٧ Successit ei filius *Amr* per V annos; monasteria aedificavit Chali, Iob, et Henad. — Post eum regnavit filius eius *Thalaba* XVII annos, qui Accam atque in oris Hauranitidis arcem Ghadir, Balcaam versus, condidit. — *Hareth*, filius Thalabae, post hunc regnavit XX annos, nec tamen quidquam aedificavit. — Successit ei filius *Djabala* et decennio, quo regnavit, Canathir, Adradj et Casthal exstruxit. Hunc filius *Hareth* excepit, natus matre Maria, inauribus suis celebri, filia Amr, filii Djafnae. Sedem in Balcaa habuit, ubi Hafir condidit et aedificium publicum inter Dadjan et arcem Obeir et Maan; regnavit decennium.

Mondzir Maior, filius Hareth, filii Mariae, qui haud procul ab arce Ghadir urbes Harb et Zarca condidit, triennio imperium gessit. Deinde frater eius, *Noman*, filius Hareth, filii Mariae, successit,

qui XV annos et sex menses regnavit. — Post hunc ١١٨
frater eius ***Mondzir Minor,*** Abu schamir dictus, filius Hareth, filii Mariae per XIII annos in imperio fuit.

Successit frater ***Djabala,*** filius Hareth, filii Mariae, qui sedem suam in Hareb fixit: condidit Djareb, Mohareb et Maniam atque XXXIV annos regnavit. — Tum eius frater ***Eiham,*** filius Hareth, filii Mariae, triennium in imperio fuit; is monasteria Dhachm, Nubuvva et Saaf exstruxit. — Deinde XXVI annos et duos menses huius frater regnavit, ***Amr,*** filius Hareth, qui sedem suam in urbe Sadir habuit; conditis arcibus Fadha, Safat-ul-adjalat ac Manar mortuus est.

Successit ***Djafna Minor,*** filius Mondziri Maioris, filii Hareth, filii Mariae, cognomine Mocharrec [sive Combustoris], quia Hiram combussit; unde Ghassanidae nominati sunt familia Combustoris. De quo Adi, filius Zeid, dixit alloquens Nomanum, filium Mondziri:

In altum evolarunt accipitres et praedam utrinque occuparunt, atque Almuravvich et Algharib te oblectarunt;

Tum equi frenati ad stabula pernoctarunt, mane vero admissi in homines [hostes] irruerunt.

Multa itinera facere et terras peragrare solebat. ١١٩
Mortuus est post regnum XXX annorum.

Tum per annum regnavit ***Noman Minor,*** filius Mondziri Maioris, filii Hareth, filii Mariae; qui nihil omnino aedificavit. Hunc imperio excepit ***Noman,*** filius Amr, filii Mondziri, qui palatia Soveida et Djareb condidit; annos XXVII regnavit. Pater eius ad imperium non accessit, sed cum copiis expeditiones

exercebat. Is ille est, quem Nabegha hisce versibus laudavit:

Debeo Amro quoque beneficia praeter patris beneficia, quae nullos habent scorpiones (i. e. quae non scorpionum instar incautos laedunt).

Patrem eius Mondzirum hoc hemistichio innuit:

Palatium est Seidae, quae prope Hareb est.

Post regnum XXVII annorum successit ei filius *Djabala,* qui in urbe Siffin sedem habuit, atque proelio ad fontem Obagh commisso Mondzirum, filium Maĕssamaae, interemit. Annos XVI regnavit. — Deinde *Noman,* filius Eiham, fili Hareth, filii Mariae, XXI annos imperavit, et post hunc frater ejus *Hareth,*
١٢٠ filius Eiham, XXII annos et V menses, quorum uterque nulla re memorabili gesta obiit. — Successit *Noman,* filius Hareth, qui cisternas Rossafae, quas aliquis regum Lachmitarum vastaverat, restauravit; annos XVIII regnavit. — Post eum *Mondzir,* filius eius, XIX annos imperium otiosus gessit, eumque *Amr* frater excepit, qui per XXXIII annos et quatuor menses imperii sui nihil memorabile fecit. — Hinc ejus frater *Hodjr,* filius Noman, XII annos regnavit, tum *Hareth,* filius Hodjr, XXVI atque *Djabala,* filius Hareth, XVII annos et mensem unum. Excepit eum *Hareth,* ejus filius, qui et filius Abu schamir dicitur; Cenanitarum tribum graviter afflixit atque XXI annos et V menses regnavit. Habitare solebat Djabiae. Ceterum Deus rem melius novit.

١٢١ Successit *Noman,* filius Hareth, cui praenomen Abu Carib et cognomen Catham erat; condidit aedificia

regioni al-Ghaur al-aksa (extremae Coelesyriae) imminentia. Is est, quem Nabegha hocce versiculo laudat:

Flevit Harib Gaulanitica jacturam domini atque
Hauranitis propterea depressa et emaciata est.

Imperium ejus fuit XXXVII annorum duorumque mensium. Ceterum Deus rem melius novit.

Deinde XXVII annos duosque menses *Eiham,* filius Djabalae, filii Hareth Abu schamir, regnavit. Urbem Tadmor et arcem Birca et Dzat-Anmar condidit et graviter afflixit tribum Beni'l-Cabr inter Djasr et Amila (?), qua de re Nabegha sic dicit:

Dereliquit eos mentium solita firmitas et ad superbiam eos extulit Maadditae ratio in camelis longe lateque pascendis (?).

Fratri *Mondzir,* filius Djabalae, successit, qui XIII annos in imperio fuit; tum *Scharachil,* frater Mondziri, filius Djabalae, XXV annos et III menses regnavit, deinde *Amr,* frater eius, filius Djabalae, X annos et duos menses, atque *Djabala,* filius fratris ejus, filius Hareth, filii Djabalae, filii Abu schamir, IV annos; ita nos quidem putamus, scientia autem penes Deum est. — Denique *Djabala,* filius Eiham, filii Djabalae, filii ١٢٣
Hareth, filii Mariae, ultimus rex Ghassanidarum, triennium regnavit. Ille est, qui postquam Mohammedanam religionem professus est, ad Christianam se convertit et ad Graecos se recepit. — Omnes reges Djafnidae, oriundi e tribu Ghassan, XXXII numerantur, qui per DCXVI annos imperium gesserunt.

Liber Octavus.

De ordine chronologico Himiaritarum, regum gentis Arabicae in Jemana.

Jarub, filius Cachtan, cum liberis suis in Arabiam felicem abiit in eaque terra sedem fixit; primus Arabica lingua locutus est, primus a liberis rex salutatus, quo facto ab alloquentibus sic appellari coeptus est: Absit a te maledictio, et: Faustum tibi sit mane. Jemanenses omnes ex ejus stirpe orti sunt. Jarub, filius Cachtan, genuit Jaschdjub, et Jaschdjub genuit Sabam, e cuius prole reges Jemanenses processerunt. Nomen Sabae ideo ei inditum esse ferunt, quod primus Cachtanidarum captivos abegerit. Haec sunt, quae Jemanenses ipsi de principiis historiae suae narrant. In iis, quae Heitham, filius Adi, auctore Ibn Abbas refert, legi haec: Genuinorum Arabum tribus historiae suae notandae initium ab Irem fecisse easque fuisse decem:
۱۳۳ Ad, Thamud, Thasm, Djadis, Amalic, Abil, Amim, Vabar, Dschassim, Cachtan. Has igitur tribus omnes aera illa Iremica usos esse, tandem vero aliam post aliam interiisse, exceptis paucis, qui, illam aeram usque retinentes, per aliquantum temporis Ire-

mân (Iremidae, i. e. Aramaei) nominati fuerint. His reliquis sub finem imperii Aschghanidarum ab Ardaban, Nabathaeorum rege, bellum illatum esse, atque hunc rerum statum permansisse, donec Ardeschir, filius Babec, rex Persarum, utramque tribum (et Iremicam, et Nabathaeam) oppresserit et deleverit. — In iis, quae tradidit Issa, filius Dab, legi, Hud ad Aditas et Salich ad Thamuditas fuisse legatos tempore Djem, regis Persarum; Abraham, super quem salus sit, tempore Feridun; Mosen tempore regis Minuschehr vixisse, eodemque tempore Schamirum, filium Omluc, in Arabia felice regnasse, subditum regi Minuschehr, eiusque filium ad patris exemplum in ditione regum Persarum mansisse. Eum condidisse urbem Zhafâr et omnes Amalecitas, qui in Arabia felice essent, expulisse, idem refert. Tempore Caicobadis Cachtanidas regno in Jemana confirmato regem suum creasse Abdschems, filium Jaschdjub, filii Jarub, filii Cachtan, qui per urbes ac pagos Jemanae profectus, Aditarum reliquias persecutus sit, ita ut per totam regionem ۱۳۴
neminem eorum relinqueret quem non caperet et in servitutem abigeret: unde nomen ei Sabae [Captoris] inditum esse.

Equidem vero ignoro, quo arbitrii jure Ibn Dab leges linguae arabicae mutaverit: Saba enim, significatione capiendi sine hamzae signo scribitur, Saba autem, nomen regis, cum hamza. Attamen exstat exemplum, quo Ibn Dab nitatur: dicunt enim Thaï ideo hoc nomine esse vocatum, quod primus thava (radice non hamzata), hoc est caementis calce firmatis cister-

nas obduxerit. Equidem de neutro horum verborum quidquam meo periculo decerno; Deus rem melius novit.

Himiar, filius Sabae, primus e Cachtanidis imperium capessivit idque ad summam senectutem tenuit. Cum moreretur, regnum haereditate filiis contigit neque ab iis prius ad alios transiit, quam praeterlapsis aliquot seculis Hareth Al-Raïsch, Tobba primus, rerum potitus est. Ante eum igitur bini reges, alter Sabae, alter in Hadhramaut, regnabant, neque Jemanenses universi iis parebant; tum demum, cum Al-Raïsch regnum capessivisset, universi eum secuti sunt, unde ipse Tobba nominatus est. Regnavit CL annos.

Hareth Al-Raïsch est Hareth, filius Seifi, filii minoris Sabae Himiaritae; primus expeditiones suscepit et praedas abactas in Arabiam felicem retulit. Quibus cum Himiaritae ditati essent, ille autem eos ditasset, nomen Al-Raïsch (Ditator) accepit. Inter hunc regem et Himiarem XV patres numerantur. Eius tempore
١٢٥ mortuus est Locman, filius Ad, qui Lobad vulturem possedit. Extremus terminus, quo Al-Raïsch in prima suarum expeditionum pervenit, India fuit; deinde adversus Turcas in Aderbeidjana profectus, viros armis ferendis idoneos interfecit, feminas liberosque in captivitatem abduxit. Regnavit CXXV annos.

Postea *Abraha Dzu'l-Menar* [hoc est, qui signa erexit], filius Hareth Al-Raïsch, regnavit; cognomen inde nactus est, quod primus signa in itineribus atque expeditionibus exstruxit, quorum indicio in reditu uteretur. Per CLXXXIII annos regnavit.

Post hunc *Ifrikis*, filius Abrahae, filii Al-Raïsch, regnavit, qui Barbaros adorturus regiones Occidentales (Africam septentrionalem) invasit; ubi urbem condidit, quam ex nomine suo Ifrikiam nominavit. Excursiones in illas regiones ad ultimos terrae habitatae fines produxit. In imperio fuit CLXIV annos. Successit *Alabd Dzu'l-Adzar* [Terribilis], ejus frater, filius Abrahae, qui vivo adhuc patre terram Pygmaeorum invaserat. Regnavit annos XXV.

Heddad, filius Scharachilis, pater Bilkisae, imperium LXXV annos otiosus tenuit. Successit *Bilkis*, filia Heddad, quae, postquam in Arabia felice XX annos regnavit, Salomoni, filio Davidis, super quos sit salus, nupta ab eo in Palaestinam abducta est. Him- ١٣٩
iaritae hanc reginam ante Tobbarum principatum in terra Sabaea aggerem, nomine Arim, aquis retinendis erexisse perhibent; contra reliqui Jemanenses eum a Locman posteriore, filio Ad, constructum esse affirmant; quum autem prae vetustate collapsus esset, Bilkisam, postquam regnare coepisset, partes ejus labefactas restaurasse. Post regnum Bilkisae aggerem incolumem mansisse dicunt usque ad inundationem, qua annis CD ante stabilitum Islamum dirutus sit. Ceterum Deus quae in rebus vera sunt melius novit.

Post Bilkisam regnavit patruus ejus, *Naschir Junim*, filius Scharachilis. Nomen Junim [Benefactor] accepit a beneficio, quod regni negotiis susceptis ejusque auctoritate restituta in populum contulit. Regnavit LXXXV annos. — Successit ei *Schamir Jurisch* [Tremulus], filius Abû Carib, filii Ifrikis, filii Abrahae,

filii Al-Raïsch. Tremuli nomen ei inditum ferunt ab artuum tremore, quo laborabat. Historici Jemanenses res ab eo gestas nimis augentes eum Dzu'l-Carnein cognominatum esse perhibent; id hujus regis cognomentum fuisse, non Alexandri Graeci; cum autem Alexandri et Schamiri expeditiones longinquitate inter se similes essent, historicos primorum temporum
١٣٧ Islami illud falso Alexandro tribuisse; rei argumentum esse hoc, quod Dzu verbum sit linguae arabicae, non graecae, et ab initio cognominum regum Jemanensium usu veniat, ut Dzu Novas, Dzu Calaa, Dzu Djadan, Dzu Jazan et alia, quae hic commemorare non attinet. Appellatum autem esse Dzu'l-Carnein [Dupliciter cincinnatum] propter duos cincinnos in tergum ejus demissos. Tam longe in expeditionibus provectum esse, ut etiam terras orientales invaderet, regiones Chorassanae subigeret atque moenia urbis Sogd destrueret; hinc eam postea vocatam esse Schamircand, hoc est, Schamir [eam] evertit; quo nomine in linguam arabicam translato dictum esse Samarkand. Inventam esse in publico quodam aedificio inscriptionem Himiariticam, quae sic incipiat: „Nomine Dei. Hoc aedificavit Schamir Domino Soli." Historici quidam Schamirum tempore regis Gustaspis vixisse referunt, alii vero ante, eumque a Rustem, filio Destan, interemtum esse. Regnavit annos XXXVII.

Successit *Abu Malec,* de quo Ascha poeta dixit:

Prodidit fortuna Abu Malecum; sed quis est,
quem tempus non prodiderit?

Regnavit annos LV; ceterum veri scientia penes Deum est.

Abu Maleco filius *Al Acran*, Tobba secundus, successit, qui tempore Bahman, filii Isfendiaris, filii Gustaspis, rerum potitus LIII annos regnum tenuit. ١٣٨
Ceterum Deus melius novit.

Hunc *Dzu Djeischan*, filius Al Acranis, filii Abu Maleci, excepit: tempore Darii, filii Darii, filii Bahman, eorumque, qui huic successere, LXX annos in imperio fuit; is tribus Thasm et Djadis in Jemama gravi clade afflixit, id quod factum est ante regnum Alexandri. Erat enim in Omana, Bahrein et Jemama magna multitudo Thasmitarum, Djadissitarum aliarumque tribuum, et corporum robore et mentium firmitate insignium; numero erant septem, quarum quaevis par erat tribubus Rabiae et Modhari; nomina haec sunt: Ad, Thamud, Sochar, Djassim, Vabar, Thasm atque Djadis. Perierant autem omnes praeter reliquias tribuum Thasm ac Djadis, quae usque ad tempora Dzu Djeischan superstites fuerant. Has igitur aggressus est Dzu Djeischan. De iis Ascha poeta dixit:

Nonne vidistis Irem et Ad noctium et dierum vicibus extinctos esse?
Interiit post eos Thamud propter id, quod inter eos commisit Codar;
Djassimitarum deinde ac Thasmitarum sedes ab incolis vacuae factae sunt;
Genti Djadis quoque citata malorum dies supervenit;

Ac postquam aliquamdiu duravit Sochar, aperte
periit Sochar.
Superstites illis fuit Vabar, jam vero nec Sochar
usquam est nec Vabar:
Prorsus interierunt relictis sedum ruderibus, in
quibus post illos Nizaritae consederunt.
Fuit illis potentia et intelligentia et fortitudo cum
gravitatis ornamento;
١٣ Sed perdiderunt eos vicissitudines fortunae quae
suos continuo attentat.

Ii, qui Dzu Djeischano; successerunt, Alexandri tempore, id est tempore Nadhr, filii Kenanae, regnavere.

Deinde *Tobba*, filius Al Acran, filii [Abu Malic, filii] Schamiri Jurisch, Tobbae primi, principatum per CLXIII annos tenuit. Regnavit postea *Cali Carib*, filius eius, XXXV. *Assad Abu Carib*, Tobba medius, successit, vir durus ac violentus, qui multas expeditiones suscepit; interfecerunt eum Himiaritae, qui cum expeditiones, quibus eos vexabat, aegre ferrent, *Hassan*, ejus filium, promisso regno rogarunt, ut in patris caede ipsos adiuvaret. Quod cum facere dedignatus esset, caedem ipsi perpetrarunt; deinde facinoris eos poenituit atque, cuinam imperium traderent, dubios necessitas coegit, ut ipsi filio, Hassani, regnum traderent. Jemanenses quidam hunc esse Tobbam contendunt, qui in Corano significatur; neque eum ipsum ibi reprehendi, sed populum eius. — Quemadmodum, inquiunt, in Persia reguli exstitere, qui Reges provinciales nominabantur, ex iis, quos

Alexander constituerat, sic in Arabia felice reguli provinciales erant, nomine Caïl et Dzu; ac quemadmodum Ardaschir adversus regulos Persicos, ita Assad, filius Amr, adversus regulos Jemanenses, ١٣٠
istos Caïl et Dzu, rebellavit. Regnavit annos CXX; ceterum Deus melius novit.

Post eum filius eius fuit, *Hassan*, filius Tobbae: is est, qui adversus Djadissitas in Jemama profectus eos ad internecionem redegit. Neque percussores patris, alium post alium, persequi et interficere desiit, ita ut tandem eum exosi fratrem eius Amr adirent eique, si fratrem interfecisset, regnum post eum sponderent, excepto uno viro e nobilissimis, cui Dzu Roaïn nomen erat, qui regem a caede fratris dehortatus est et malum eventum cavere jussit. Spreto tamen ejus consilio fratrem, qui LXX annos regnum tenuerat, interfecit. Ceterum Deus melius novit.

Quum igitur *Amr*, filius Tobbae, successisset, corporis valetudine conturbata malis morbisque sine intermissione afflictus est, ita ut semper domi lecto affixus esset. Quando foras prodire cupiebat, lecticae impositus virorum humeris vehebatur; hinc nomina nactus est *Mautheban* et *Dzu'l-Avad*, et quidem *Mautheban* [Sessor], quod perpetuo in *Vathab* sedebat, quo vocabulo lingua Himiaritica lectus significatur; Dzu'l-Avad [lignis affixus] autem, quod lectica vehebatur. Asvad, filius Jafuris, eius regis mentionem in carmine fecit his verbis:

Praeter ea, quae mihi denuntiasti, recte scio,
eadem (mihi) via abeundum esse, qua abiit
Dzu'l-Avad.

١٣١ Legi in historia quadam Jemanensi, Dzu'l-Avad
regnasse tempore Saporis, filii Ardaschiri, atque post
hunc Dzu'l-Avad, tempore Hormoz, filii Saporis, re-
rum potitos esse quatuor reges eorumque sororem
Abdhaam. Dzu'l-Avad LXIII annos regnavit. Post hunc
fuit *Abd Colal,* filius Mothavvib, qui religioni Chri-
stianae addictus erat, sed eam celabat nec palam
profiteri audebat. Annos LXXIV in imperio fuit. Suc-
cessit *Tobba,* filius Hassanis, filii Tobbae, filii Cali
Carib, filii Tobbae, filii Al Acranis: is Tobba Minor
est ac postremus eorum, qui hoc nomen gesserunt.
Sororis filium Hareth, filium Amr, filii Hodjr, Cen-
ditam, Maadditis regem praefecit ad eosque misit.
Habebat apud se duos doctores judaicos, ac Meccae
et Medinae imperabat. Hic is est, qui aedem sacram
Meccanam amiculo induit. Inde cum duobus docto-
ribus Judaeis in Jemanam redux horum fidem pro-
fessus est et ad eam amplectendam subditos invitavit:
ita Judaeis via in Jemanam facta est. Idem Jema-
nenses ac Rabiitas foedere junxit. Regnavit LXXVIII
annos. Regnum deinde suscepit *Marthad,* filius Abd
Colal, frater Tobbae. Post hunc regnum Himiarita-
rum scissum est. Regnavit annos XLI, et post eum
١٣٢ *Valia,* filius Marthad, annos XXXVII. Successit
Abraha, filius Sabach, vir eruditus et liberalis.
Maadditas, ad quos regnum deventurum esse intel-
lexerat, et inter quos jam tunc regnabant Korei-
schitae, eximie honorabat. In libro quodam de hi-
storia Jemanensi legi hunc Abraham tempore Sapo-
ris Dzu'l-Actaf, filii Hormoz, regnasse; post Abraham

autem Sahban, filium Mochrith, tempore Jezdegerdis, patris Bahram-Guri; eodemque tempore vixisse Mondzirum, filium Amr, Lachmitam, ac mortem Bahrami aliquot diebus priorem fuisse morte Mondziri: Sahbanem autem, filium Mochrith, Jemanae praepositum fuisse per omnes dies, quibus Jezdegerdes filiusque eius Bahram-Gur regnaverint. Deinde regnum translatum esse in Sabach, filium Abrahae, filii Sabach, tempore Jezdegerdis, filii Bahram-Gur; ambosque reges uno tempore regnasse XV annos.

Postea regnavit *Hassan*, filius Amr, filii Tobbae. Is est, qui, cum Chalid, filius Djafaris, filii Kilab, cum captivis gentis suae ad eum venisset, hos ei condonavit et manumisit, propter quod a Chalido laudatus est. Annos LVII regnavit. Successit *Dzu Schanatir*, e ۱۳۳
regia stirpe non oriundus: vir inhumanus, animi duri ac caedibus gaudens, qui, quoties puerum e familiis principum adolevisse audivisset, statim ad se arcessebat adductumque constuprabat, etsi apud eos lege statutum erat, ut qui stuprum in pueros commisisset, regno exueretur. Ita domum deduci jussit regium puerum Dzu Novas [Cincinnatum] — cui id nomen erat propter duos cincinnos ab humeris dependentes: is introductus cultellum secum attulit atque regi ad inhonesta petenda aggresso ventrem diffidit caputque resecuit. Annos XXVII in regno fuit. Excepit eum *Dzu Novas*, tempore Piruz, filii Jezdegerdis, itemque tempore Kossaï, filii Kilab: is est ille Fossarum Dominus, qui incolas Jemanae ad Judaïcam religionem invitavit. Cum enim per Jathrippam iter faciens in ea urbe com-

moraretur, ei religio Judaeorum placuit, ita ut eam profiteretur. Hinc Judaei Jathrippenses eum excitarunt, ut bello Nedjranam infestaret ibique Christianos vexaret, qui religionem a viro quodam acceperant, quem Djafnidae, Syriae principes, ad eos miserant. Itaque illos aggressus est et foveis admovit quas in terra effodi et igne impleri iusserat: in has eos, qui in Christiana fide perseverabant, detrudebat. Eo facinore magnum Christianorum numerum perdidit. Inde ad sedem
١٣٤ regni in Jemana reversus est. — Tum vero vir quidam, Dzu Thuluban, ex Jemana oriundus, ad regem Habessinorum, qui fidem Christianam profitebatur, mari traiecto, detulit, quae in Christianos perpetrasset Dzu Novas. Quibus de rebus rex Habessinorum literis ad Caesarem Romanum datis veniam petiit equitatus in Jemanam mittendi. Respondit ille, ut Dzu Thuluban regni vicario relicto ipse cum copiis suis in Jemanam proficisceretur ibique maneret. Ita rex Habessinorum cum LXX millibus equitum in Jemanam trajecit; a quo cum Dzu Novas fugisset, missi sunt qui vestigia eius persequerentur. Ille autem recto itinere pergens, tandem ad mare pervenit, in quod se praecipitem dedit. Hoc ultimum est, quod de eo memoriae traditum. Imperium XX annos tenuit.

In eius locum successit *Dzu Djadan*, sed hunc quoque fugatum persecuti sunt Habessini, quo facto ad mare se recepit in idque se praecipitem abjecit. Dzu Djadan ac Dzu Novas XXVIII annos regnando compleverunt.

Omnino igitur a XXVI regibus Himiaritis per his

mille et viginti annorum regnatum est. Post eos rerum potiti sunt ex Habessinis tres, e Persis octo; tandem imperium ad Coreischitas devolutum est. Ceterum ex omnibus historiis nulla invenitur quae magis infirma et manca sit, quam regum Himiaritarum, cum tot intra annos tam pauci reges enumerentur. ١٣٥

Deinde in Jemana regnavit *Abraha Al Aschram* [nasum fissum habens], dominus elephanti, cujus machinationes [ut in Corano est] ad irritum redactae sunt. Eo rege Propheta natus est.

Huic successit *Jacsum*, filius Abrahae, qui in Jemana more Habessino se gessit et sub quo malorum moles in illa regione ultra modum aucta est.

Postea *Mesruc* regnavit; Seif autem, filius Dzu Jazan, a rege Persarum auxilium petiturus emigravit et in Iracam pervenit.

De temporis spatio, per quod Habessini Jemanam tenuerint, rerum scriptores vehementer dissentiunt; ego ipse quae relaturus sum, in libro quodam de Expugnationibus inveni. Dicunt Habessinos Jemanam expugnasse tempore Cobadis, filii Piruz; Seif, filium Dzu Jazan, in Iracam abiisse, ut copias auxiliares contra Habessinos peteret, regnante Cosroe, filio Cobadis. Regnarunt igitur Habessini LXXII annos: ex iis Arbath annos XX; Abraha, qui Arbathum interfecit, XXIII; Jacsum XVII et Mesruc XII. Advenit *Vahraz* in Jemana decennio post bellum scelestum et quinque annis ante Caabam exstructam, cum ١٣٦
Propheta trigesimum annum ageret; natus enim est LV diebus post cladem Elephantinam, anno quadra-

gesimo primo Cosrois Anuschirvan, filii Cobadis. Cum autem de regno Cosrois Parviz XIX anni praeteriissent, scripsit ad eum *Badan*, praefectus eius Jemanensis: in montibus Tehamae exstitisse novae religionis auctorem, obscurum tamen et exiguae clientelae hominem, adversus quem Arabes ipsi eum exosi bella concitassent, exceptis perpaucis, qui dicto audientes eum sequerentur. Deinde Fuga accidit praeterlapsis de Cosrois Parviz regno annis XXXII. Eo tempore Propheta literas ad Cosroem Parviz dedit atque Abdallah, filium Chodzeifae, Sahmitam, ad illum legavit, XXXVIII annis regni eius praeteritis. Eo anno obiit Cosroes et Propheta quadriennium adhuc vixit. Decessit eo mense, quo rex creatus est Jezdegerdes, filius Schahriaris, filii Cosrois Parviz.

Hinc *Seif*, filius Dzu Jazan, a Cosroe Anuschirvan Jemanae praefectus est eique adjunctus *Vahraz*. Nonnulli reliquorum Habessinorum, quos inter ministros re-
۱۳۷ ceperat, eum quondam in loco solitario, quo feras venatum ierat, venabulis confossum interfecere atque in cacumina montium aufugere. Ita regno Himiaritarum extincto Jemana a praefectis regum Persiae gubernari coepta est. Tempore Fugae ei a Parviz praepositus erat *Badan* eique adjuncti duo eiusdem regis duces, qui vocabantur Piruz et Dadveih; hi vero Mohammedis religionem amplexi sunt. Antiquis temporibus sedecim satrapae Persici diversis Arabiae tractibus praefecti fuerunt, quorum nomina supersunt. Ita *Sacht* terris Cenditarum et Hadhramaut et locis adjacentibus diu imperavit, nescio tamen, quo tempore ac rege;

Deus melius novit. — *Sindad*, praefectura Sachti potitus diu in regione riparia habitavit, ubi plura aedificia exstruxit. Is conditor est arcis Dzu Scharafat, de qua poeta quidam haec dicit:

Incolae arcis Chavarnac et Sadir et Barec arcisque
Dzu Scharafat, quam condidit Sindadz.

Literam *d* in consonantia finali, necessitate coactus, in *dz* mutavit.

Hamorz, filius Adzerger. Hic die Dzucarensi dux exercitus Persici atque e primoribus ducibus Cobadis, filii Cosrois Parviz, fuit. — *Phanabarzin*, filius Va- ۱۳۸
huncahanis, praefectus fuit deserto Arabico regioni ripariae finitimo, quod a finibus Hirae usque ad Bahrein patet; Arabes eum Chanabarzin nominabant. — *Sassan*, filius Ruzbeh, antiquo tempore ab aliquo regum Persiae praefectus fuit Thaglebitis, Modharitis, Omanae, Jathrippae ac Tehamae; Africae et Nubiae reges ei vectigales fuerunt. — *Ruzbeh*, filius Sassanis, post patrem ejus praefecturam suscepit, quam diu inter Arabes administravit. — *Anusch Nad*, filius Choschnuschbendae, tempore Cosrois Anuschirvan et per aliquam partem regni Hormoz, filii Cosrois, tractui cuidam Arabiae praefectus fuit. Ceterum Deus melius novit. *Al Mucabir*, cuius verum nomen erat Dadpiruz, filius Choschnuschphanis, praeses Moschaccaris, convalli terrae Bahrein praefuit et Omanae ad Jemamam usque, et Jemanae ad Al Ghariein usque et regionibus vicinis. Ideo Mucabir appellatus est, quod Arabibus, qui limites transgressi erant, talos evellere solebat; cum autem tributum ei afferrent, eo sumto

illos prohibebat quo minus aquam Euphratis biberent. Vixit usque ad tempora Abdallah, filii Amer, filii Caziz. Abu Obeida eum ante stabilitam Mohammedis religionem appellatum fuisse perhibet Muachar, postea Mucabir.

١٣٩ *Vahraz* vero nomine Chorzad, filius Narsi, erat; Vahraz enim quendam gradum dignitatis virorum nobilissimorum significat. Huius opera expugnata sunt oppida Jemanensia atque recuperata ab Habessinis, quorum triginta millia per homines DC interfecit. Itaque regnum Jemanae post obitum Seif, filii Dzu Jazan, transiit ad Vahraz, deinde ad *Valisgan*, inde ad *Chorzadan Schehr*, porro ad *Anuschgan*, tum ad *Mervezan*, inde ad filium eius *Chor Chosrau*, denique ad *Badan*, filium Sassanis Al Djerur, qui Cosrois Parviz nomine Jemanam administravit. In ejus tempora Prophetae expeditiones adversus tribus Arabicas inciderunt. Deinde *Dadveih* Jemanae praefectus fuit, cujus mater Badanis soror erat. Dadveih adjuvante Piruz Deilemita Pseudoprophetam Abaitam interfecit tempore Abu Becr Chalifae. Hi igitur octo Persae extincto Himiaritarum imperio Jemanam rexerunt: quorum primus fuit Vahraz, ultimus Dadveih. A Dadveih regnum Jemanae acceperunt Coreischitae. Posteri illorum octo regum adhuc in oppidis ac vicis Arabiae felicis superstites sunt.

Liber Nonus.

De ordine chronologico regum Cenditarum.

Hodjr Akil-ul-morar, filius Amr, filii Moaviae, ۱۴.
filii Thaur, filii Morti, Maadditis de gente Cenda imperavit, quibus Tobba eum praefecerat, cum ad Iracam proficiscens in illorum terra substitisset; rege creato in illa sua expeditione perrexit in eaque periit. Hodjr autem, ut erat bene moratus, in regno suo usque subditis obedientissimis usus est, donec senex delirus obiit. Illo tempore Syriam occupavit Dziad, filius Haiulae, Salichida, quasi tyrannus quorundam tractuum, cum summa potestas penes Djafnidas esset; hunc Dziadem interfecit Hodjr. — Res, quae hoc capite ex ordine narrantur, e libro de historia Cenditarum transcriptae sunt.

Successit *Hareth Al Macsur* [Restrictus], filius Amr, cuius imperium, cum Cobad, filius Piruz, propterea quod in Zendicismo consentientem habebat, eum minus premeret, corroboratum est auctoritasque invaluit atque filii late diffusi sunt, quos tribubus Becr, Tamim, Kais, Taghleb et Assad praeposuit.

Quotquot e familiis Nizar tractum Nedjd habitabant, sub ejus imperio erant, secus quam ii, qui remoti ab illo tractu versabantur. Hareth imperium Maadditarum tenuit, donec Anuschirvan ad regnum accessit et Jemanensibus Mondzirun, filium Maëssamae, praefecit: qui cum Hiram appropinquasset, Hareth Cendita in fugam se dedit; equites Mondziri autem, eum insecuti, aliquem filiorum ejus de improviso deprehenderunt et interfecerunt. Ipse, nus-
١٤١ quam subsistens, evasit; sed a Calbitis in Muschulan oppressus et interfectus est. Quo sublato filii inter se discordes et mutuis caedibus inter se grassantes tandem suam ipsi potestatem lacerarunt; Mondzir autem filius Maëssamae, superstites persecutus ad unum omnes peremit. Regno Cenditarum extincto principatus transiit ad familiam *Djabalae,* filii Adi, filii Rabiae, filii Moaviae, qui cognominantur Al Acramin, deinde ad *Maadi Carib,* filium Djabalae, tum ad *Kais,* filium Maadi Carib, cujus tempore Islamismus Meccae exortus est; denique ad *AlAschath,* filium Kais, qui cum LXX nobilibus Cenditis ad Prophetam venit, cujus religionem omnes amplexi sunt.

Liber Decimus.

De ordine chronologico Coreischitarum, regum gentis Arabicae Mohammedanae. Continet decem capita.

Caput primum.

Summaria quaedam exponuntur de epochis chronologicis Maadditarum, quas, ut supra dictum, ante epocham Fugae collocavi.

Epochae chronologicae Maadditarum tam paganorum quam Mohammedanorum decemplices sunt: Annus quo Ismaël Meccae consedit; Annus discessionis Maadditarum; Annus quo Amr, filius Lochaj, principatum capessivit; Annus quo Caab, filius Lovaj, mortuus est; Annus Perfidiae; Annus Elephantinus; Annus Scelestorum; Annus quo Hischam mortuus est; Annus quo Caaba condita est; tandem Annus Fugae. — Annus *discessionis Maadditarum* is est, quo Maad- ۱۴۳
ditae in diversas partes discedere coeperunt. Hinc igitur annorum computatio instituta est; deinceps, quoties aliqua tribus ex Tehama migrabat, ad eandem

aeram se applicabat. Sic eam diutissime retinuerunt. — Annus quo *Amr*, filius Lochaj, principatum capessivit, is est, quo religio Abrahami immutata est. — Ab anno quo *Caab*, filius Lovaj, obiit, diu annos computarunt; Zobeir, filius Beccaris, DXX annos inter illius mortem et annum Elephantinum intercessisse dicit. — De anno *Perfidiae*, vel, ut alii dicunt, *Peregrinatione perfidiae*, haec narrantur: rex aliquis Himiaritarum cum ad Caabam amiculum misisset, Jarbuitae quidam legatos, antequam ad territorium sacrum Meccanum pervenirent, adorti interfecerunt et amiculum illud rapuerunt. Cujus rei nuntius ubi ad varias tribus perlatus est, quae ad nundinas convenerant, aliae alias hostiliter aggressae sunt; hinc nomen Peregrinationis perfidiae. Zobeir, filius Beccaris, eam ducentis annis ante legationem Prophetae accidisse dicit. — Annus *Elephantinus*, quo Propheta natus est, trigesimus quartus est, ex quo Anuschirvan regnare coepit; octavus imperii Amr, filii Hindae, cum Romanorum Imperator esset Castrondas (?); quadragesi-
۱۴۳ mus ante Prophetae legationem. Hic autem legationis annus incidit in vigesimum, aut, ut alii malunt, in decimum sextum regni Parviziani, quo tempore Hirae praeerant Jias, filius Cabissae, Thaïta, et Bachregan, Persa, ineunte mense quarto anni tertii ex quo imperium susceperant, Arabiam felicem autem administrabat Badan. Eodem anno Badan ex Arabia felice ad Parviz commeatum cum aromatis misit, quem Temimitae quidam adorti diripuerunt; quibus cum legatus regius

ultionem minatus esset, responderunt: Semel edamus et moriamur! quod dictum, ab iis primo editum, deinde in proverbium abiit. Parviz ad eos misit Dadpiruzem, filium Choschnuschphanis, quem Arabes vocarunt Almocabirum [Amputatorem], quia Temimitis, qui aromata illa diripuerant, manus praecidi jubebat. Is die proelii Safkensis immane quantum saeviit, et qui illo die capti fuerant, e carceribus Almocabiri in Bahrein non prius liberati sunt, quam a Ghallab Hadhramauteno, quem Propheta illi terrae praefecerat. — Annus *Scelestorum* posterior hujus nominis est; viginti enim annis post *Elephantinum* incidit, et inter duos Scelestorum annos fuit dies Djabalae. — *A mortuo Hischam,* filio Moghirae, Machzumita, Coreischitae in ejus honorem annos computarunt, quod idem postea, a *condita Caaba,* ejus venerandae ١٤٤
causa facere perrexerunt usque ad initium principatus Omaris, quum aeram Fugae stabilivit. — Vaki Judex refert haec, quae auctore Hischam Calbita ei tradiderat Ibn Abu Sari: Caabam conditam esse octavo mense anni decimi noni, ex quo Noman, filius Mondziri, regnare coepit, et Parviziani imperii anno undecimo, aut, ut alii ac recte quidem perhibent, anno sexto, id est ineunte vigesimo quinto post annum Elephantinum.

Res celeberrimae, inquit Al Djahidh, in annalibus Arabum ante Islamum sunt hae tres: adventus elephanti, mors Hischami, exstructio Caabae. Coreischitae dicere solebant: hoc evenit quo anno obiit

Hischam, aut quo tempore advenit elephantus, aut cum Caaba conderetur; quemadmodum ceteri Arabes dicebant: hoc evenit tempore *Fitachl*, aut anno *Coryzae camelinae*, aut tempore *Luis*, aut *Rupti aggeris*. Cum vero aliquid his antiquius designare vellent, dicebant: cum saxa adhuc humida essent et lapides molles ut lutum, aut cum rupes madidae essent ut lutum limosum.

Accepisse se refert Vaki Judex ab Ali, filio Mohammedis, filii Hamzae, Alida, hic a Demade, hic vicissim ab Abu Obeida, haec: annum *Elephantinum*
١٤٥ VI annis post diem Djabalae fuisse; incidisse enim diem Djabalae anno post diem Rachrachan, diem Dzu-Nedjeb anno post diem Djabalae, atque annum Elephantinum quadriennio post diem Dzu-Nedjeb. Addit tamen idem Vaki sibi relata esse ab Ibn Abu Sari, auctore Hischam Calbita, haec: diem Elephanti XVII annis post diem Djabalae fuisse, ac die Djabalae Cabscham, filiam Orvat-ar-ridjal, filii Otbae, filii Djafaris, filii Kilab, peperisse Amerum, filium Thofeil (filii Malec, filii Kilab). Ille Amer autem ad Prophetam ultimo vitae ejus anno legatus venit, id est, anno Fugae undecimo, cum Propheta annum quinquagesimum et Amer, filius Thofeil, octogesimum ageret.

Porro Vaki ab Hareth, filio Mohammedis, hic a Saad, hic denique ab Hischam Calbita se accepisse narrant: audivi, inquit ille, Maadd, filium Adnan, tempore Messiae vixisse; Cossai, filium Kilab, tempore Piruz, filii Jezdegerd; Abd Menaf tempore Cobad,

filii Piruz; atque Prophetam natum esse duobus annis postquam ad regem Anuschirvanem emigravit Seif, filius Dzu Jazan, copias auxiliares adversus Habessinos petiturus; hi enim Arabiam felicem sub finem ۱۴۹
regni Cobadis, filii Piruz, subegerant. Consumsit autem Seif, filius Dzu Jazan, complures annos, primum ultro citroque ad Imperatorem Romanum, tum ad Anuschirvanem commeans, deinde ad hujus portam praestolans, donec ad eum admissus, iterumque donec in patriam remissus est; postea pauculi anni praeterierunt usque ad natum Prophetam.

Caput secundum.

Exponuntur ea, quae traditiones referunt de primo die ac mense Fugae, nec non epochae his priores, i. e. dies natalis ac missio prophetica.

Mohammed, filius Djerir, Thabaristanensis, in libro suo Almudzaiial [Appendix] illa tam operose pertractavit, ut ceteri labore illorum colligendorum supersedere possint: quapropter auctoritatibus omissis ex eius libro ea transcripsi, quae de his rebus refert; quandoquidem vir notae fidei eiusque liber celeber et per orbem terrarum vulgatus est. Is igitur: Traditiones, inquit, de natalibus Prophetae tria diversa tempora statuunt, inter quorum duo extrema discrimen octo dierum interest; prima enim eum secundo die mensis Rebi prioris natum refert, secunda octavo,

tertia denique decimo tertio. Etsi autem de die Rebi prioris auctores dissentiunt, tamen de duabus aliis
۱۴۷ rebus consentiunt: primum, eum natum esse parte dimidia illius mensis priore, non posteriore; deinde, eum natum esse die Lunae, non alio. Nam quamvis differant traditiones, tamen in nulla earum alius quam Lunae dies indicatur. — Tum de annis regum, quibus imperantibus Propheta natus est, auctores dissentiunt; alii enim annum eius natalem in quadragesimum Cosroïs Anuschirvanis incidisse dicunt, alii in quadragesimum primum, alii in quadragesimum tertium; eundem alii cum duodevigesimo Amr, filii Hindae, congruisse dicunt, alii cum anno aliquo ejusdem regni priore, alii cum posteriore.

Porro sententiae de tempore, quo pater eius mortuus est, XXX mensibus differunt; alii enim eum antequam Propheta natus esset, obiisse, alii post natum filium XXVIII menses superstitem fuisse tradunt. Item de anno, quo mater eius decessit, auctores duobus annis discrepant, cum alii eam sex, alii octo annis post partum filii obiisse tradant.

Discrepant quoque quatuor annis de tempore, quo cum Abu Thaleb patruo in Syriam profectus est: quod alii factum esse tradunt cum novem annos natus esset, alii cum duodecim. Item uno anno
۱۴۸ dissentiunt de tempore, quo cum patruis bello scelesto interfuit: quod alii accidisse tradunt cum viginti annos natus esset, alii cum viginti unum.

Dissident porro aliquot mensibus de tempore, quo a Chadidja missus iterum in Syriam profectus

est; tunc enim eum alii XXV annos natum fuisse tradunt, alii his annis aliquot menses addunt. Duobus mensibus post in matrimonium duxit Chadidjam: ex qua quos filios genuit, ii ante ipsius missionem obierunt.

Dissentiunt etiam decem annis de aetatis tempore, quo Caabae exstruendae interfuit; tradunt enim alii, eum tunc XXV annos natum fuisse, alii XXXV.

Dissentiunt porro aliquot diebus infra mensis spatium de tempore, quo munus propheticum auspicatus est. Vitarum auctores id factum esse dicunt ineunte anno vigesimo imperii Cosroïs Parviz, anno Alexandrino nongentesimo vigesimo primo, anno quarto imperii Iias, filii Cabissae, regis Hirensis, et socii ejus Baehreganis Persae, Badane, filio Mihranis, in Jemana regnante.

Nonnulli eum munus propheticum accepisse tradunt, cum quadraginta annos natus esset; prophetam autem per sex annos neminem ad religionem ۱۲۹
suam invitasse, sed demum ineunte septimo id facere instituisse, quia per sexennium dignitas ejus occulta manserit. Deinde per triennium asseclis comparandis operam dedit; postea Medinam fugit, de cuius tamen fugae tempore XXXVI diebus discrepant; alii enim Prophetam secundo die mensis Rebi prioris Medinam venisse statuunt, alii octavo mensis Rebi posterioris, inter quae duo tempora plures aliae traditiones mediae in diversa abeunt. Vitarum auctores Fugam accidisse dicunt anno trigesimo secundo imperii Parviz, regis Persarum, V annis cum VI mensibus diebusque XV ante obitum ejus; cum exactus esset post Alexandrum annus

nongentesimus trigesimus tertius; nonus Heraclii, Imperatoris Romani; quintus cum VIII mensibus regni Zadubae Persae, tyranni Hirensis; centesimus sexagesimus a Peregrinatione perfidiae; decimus quartus a missione prophetica; quinquagesimus tertius a nato Propheta et anno Elephantino; annis X cum duobus mensibus ante illius obitum. Haec omnia, quae modo exposuimus, pertinent ad definiendum tempus illud, quo Fuga vere accidit. Principium vero computandorum annorum islamicorum ad duos menses ante Fugam rejectum est, ita ut hujus aerae initium a mense Moharrem illius anni duceretur; quo tempore Propheta adhuc Meccae commorabatur et post quod demum mense Rebi vel priore vel posteriore Medinam fugit. Primum igitur annum Propheta insignivit Fuga ipsa; secundum proelio Bedrensi aliisque illo posterioribus; tertium literis quas scripsit ad reges, Cosroen, Caesarem, Hareth, filium Abu Schamir, Haudam, filium Ali, proregem Aegypti atque regem Habessinorum.

Uti de initiis, ita de exitu rerum a Propheta gestarum et tempore mortis ejus X diebus dissentiunt: nonnulli eum die Lunae, secundo die mensis Rebi prioris, alii eodem die septimanae, sed duodecimo illius mensis obiisse tradunt. De summa aetatis ejus dissensus est sex annorum: alii eum obiisse tradunt quinque et sexaginta annos natum, alii sexaginta, alii, inter utrosque medii, vel duos vel tres et sexaginta. — Dissentiunt etiam de nigredine aut canitie crinium ejus: tradunt alii decem

et aliquot canos in barba et sub labio inferiore ejus provenisse, alii eum crines oleo et croco tinxisse, alii cypro et herba catam.

Caput tertium.

Summaria quaedam de iis, quae prima aetate Fugae post Prophetae mortem gesta sunt.

Regnare coepit Jezdegerdes, uti Vitarum auctores narrant, anno Fugae undecimo, eodem, quo Propheta obiit. Quarto anno regni ejus Arabes agrum Persicum in Iraca hostiliter ingressi sunt; quinto eiusdem regni anno, hoc est secundo mense anni a Fuga sexti decimi, urbis Madaïn partem occidentalem sive urbem Nahrsir expugnaverunt. Ea urbs Nahrsir Jezdegerdis regis sedes erat; quo inde expulso centies millies mille drachmas in aerariis ejus invenerunt. Die Sabbati, ultimo die mensis Ramadhan, anni a Fuga XIII, primum Arabes inter et Persas proelium in ripa Euphratis commissum est, ad Coss-annatic, in regione Cufensi, Arabum duce Abu Obeida, filio Massud, Thacafita. Anno demum post illud fuit proelium Mihranicum. Omar enim post Abu Obeidae victoriam per unum annum rerum Iracensium immemor restitit; postea vero, cum ex Arabia felice ١٥٢
DCC familiae Azditicae advénissent, eum rogantes ut sibi tractus alicujus invadendi veniam daret, Omar, etsi illi in Syriam, nimirum ad expugnandum faciliorem, cogitabant, in Iracam eos ablegavit, quo profecti ad Odzeib et Cadesiam consedere; quo facto Djerir,

filius Abdallah, Badjalita, cum tribulibus suis affuit. Deinde proelium commissum est inter Rostam, filium Chorhormoz, Aderbeidjanensem, et Saad, filium Abu Vaccass, ac paucis mensibus post pugnatum est cum Bachragan. Tum ab Odzeib ad Sabath reversi Arabes ibi substiterunt, donec vias exploratas habuerunt. Deinde ad ripam Tigridis reversi in urbe Nahrsir, haud procul a Madaïn, consederunt. Ibi propter Tigridem interiectum XXVIII menses haeserunt, ita ut tandem diuturnam moram pertaesi, Tigridis vado transiecto, Madaïn urbem orientalem occuparent indeque per vicos et urbes diffunderentur. Jezdegerdes, ut Madaïnensis aït, multa prudenter instituit: proregem in urbe Madaïn reliquit Chorzadem, filium Chorhormoz, Aderbeidjanensem; Rostam, fratrem eius, filium Chorhormoz, misit adversus Saad, filium
١٥٣ Abu Vaccass; Mihranem opposuit Djeriro, filio Abdallah, Badjalitae; Schahracum a parte Persidis Othmani, filio Abu'l-Ass, Thacafitae; Hormozanem a parte Chuzistanae Abu Mussae Ascharitae; Dzu'l-Hadjebum in Mah Nehavend Nomano, filio Mocrenis, Mazenitae; ipse Jezdegerdes, postquam familiae et ministris lectissimos milites circumdedit, cum iis Ispahanam abiit, cujus urbis munimentis sese tueretur. Sed victoriarum arabicarum nuntiis undique ad eum delatis, Ispahana relicta Mervam in Chorassana se recepit, ubi tristissimum habuit exitum.

Caput quartum.

Summaria quaedam de siderum prodigiis, quae Islamum ceteras religiones et legislationes divinas superaturum esse significarunt.

Schadan, filius Bachr, Kermanensis, a Mohammede, filio Mussae, Chovarezmensi, accepta Abu Maschari retulisse traditur haec: Mohammed ille, cum sidera anni, deinde mensis, quo Propheta natus esse fertur, et quidem singularum noctium ejus mensis, in thema redegisset, inter adscensus siderum, qui in illud tempus inciderunt, nullum invenit, qui prophetiam et religionem et imperium portenderet, praeter illum, qui diluculi tempore, primo Librae adspectu apparuit. Tum Abu Maschar: Eandem, inquit, considerationem ego institui, neque alius sideris adscensum, qui religionis ortum recte portenderet, inveni praeter illum; num igitur ejus indicio fidem 105
habes? Habeo, respondit ille; omnia enim, quae ejusdem sideris adscensus prioribus temporibus portenderat, eventu confirmata sunt; posteriora autem omnia ex prioribus metienda. Deinde, auctore Abu Maschar, Mohammed, filius Abdallah, filii Thahir, inter alia arcana astrologiae sibi illud innotuisse perhibuit, quod Mercurius in summo apogaeo constitutus gloriam prophetiae portendat. Jam majores aliquid docuerunt, quod sententiae Mohammedis, filii Abdallah, filii Thahir, ex parte respondet; dixerunt enim sidus in summo apogaeo constitutum longe

maximam vim habere; sed eo prophetiam portendi, a nemine nisi a Mohammede illo audivi. Erat autem *Mercurius* eo tempore, quo Propheta natus est, secundum tabulam astronomicam Hindsindicam, in decimo gradu Scorpionis, in extrema parte retrogradationis suae, necdum tamen in ultimo ejus gradu constiterat, sed prope ab eo aberat. Cum igitur ad ultimum gradum retrogradationis inclinaret, populares Prophetae ei adversati sunt et a religione, quam eos docebat, abhorruerunt, atque ipsi consanguinei ei obedire recusarunt; serius demum animi eorum erga eum ita mutati sunt, ut ei fidem haberent, religionem ejus acciperent seque ad eum adjungerent. Si vero Mercurius in ultimo gradu retrogradationis constitisset, illi prorsus recusassent et perpetuo a Pro-
100 pheta aversi eum nunquam accepissent. — *Venus* item in Scorpione erat, et Azimech (ex stellis Virginis) in gradibus sideris adscendentis; Scorpio autem signum erat faustae siderum conjunctioni aptum: id quod translationem imperii a Persis ad Arabes ex fato instare ostendit. *Sol* item in Scorpione erat, *Mars* in Cancro: id quod portendit, regnum (arabicum) usque incrementa capturum esse a primo Prophetae nati anno ad a. CCXX, deinde substiturum; item religionem incrementa capturam esse a primo Prophetae nati anno ad a. CCCLX, non ultra, fere a. CCC. post ejus obitum; deinde decrementa regni sectatorum religionis arabicae inceptura esse a partibus Occidentis. Ceterum Deus melius novit.

Caput quintum.

De ordine chronologico regum Coreischitarum.

Contigit regibus Coreischitis quod regum priorum nemini, ut chronologia eorum inde a Fuga deducta excellat singulari certitudine, qua ceterae aerae destitutae sunt; propterea quod principium, quo illa aera nititur, tam firmiter positum est, ut per omne aevum a conturbatione tuta maneat. Habet enim illa aera unum tantum initium, Persarum contra et aliorum populorum aerae multa initia habent. Nam quoties aliquis rex ad regnum accedebat, tempus a die suscepti imperii computabant; defuncto eo denuo e tempore, quo successor regnum acceperat, novam aeram inchoabant eamque usque ad ejus obitum continuabant. Prava ista computandi ratione chronologia eorum confusa et conturbata est, ut ne spes ١٥٩
quidem corrigendi supersit. Propheta e Mecca Medinam discessit, cum de mensibus ac diebus illius anni praeterlapsi essent Moharrem, Safar et octo dies Rebi prioris; vixit abhinc annos IX, menses XI et dies XXII. Postquam autem Fugam temporis computandi fundamentum facere constituerunt, diebus LXVIII retro ierunt initiumque annorum Fugae a primo Moharremi die, anni primi, ducere instituerunt; deinde cum dies a primo Moharremi ad supremum Prophetae numerassent, summam ejus temporis invenerunt decennium duosque menses.

Abu Beçr regnavit annos II, menses III, dies VIII;

Omar, annos X, menses VI, dies XVIII;

Othman, annos XI, menses XI, dies XXII.

Ali, filius Abu Thaleb, quadriennium cum IX mensibus; ad Moaviae inaugurationem VI menses cum triduo praeterierunt.

Moavia, annos XIX, menses III, dies XXV;

Jezid, triennium et VIII menses;

Moavia, filius Jezid, menses III, dies XXII;

Abdallah, filius Zobeir, annos IX, menses XI, dies III;

[*Mervan*, filius Hakem, filii Ass, menses IX, dies XXVI;]

Abdulmelic, annos XII, menses IV, dies V;

Valid, filius Abdulmelic, annos IX, menses VII, dies XXIX;

Soleiman, filius Abdulmelic, biennium et menses VII cum diebus XXIX;

Omar, filius Abdulaziz, biennium cum V mensibus et XIII diebus;

Jezid, filius Abdulmelic, quadriennium et diem unum;

Hischam, filius Abdulmelic, annos XIX, menses VIII, dies XX;

Valid, filius Jezid, annum cum duobus mensibus et XXI diebus; seditio post Validis necem per duos menses et XXV dies continuata est;

Jezid, filius Valid, menses duos et dies IX;

Ibrahim, filius Valid, menses duos et dies XI;

Mervan, filius Mohammed, annos V et mensem unum;

Assaffach, annos IV, menses VIII et dies II; ad Almansuris inaugurationem transierunt dies XXII;

Almansur, annos XXI, menses XI et dies VIII; ad imperium ab Almahdio acceptum, dies VIII;

Almahdi, decennium cum uno mense atque XII diebus; ad imperium ab Alhadio acceptum, dies V;

Alhadi, annum unum, mensem unum et dies XV;

Arraschid, annos XXIII cum mensibus duobus et XVII diebus; antequam imperium ad Alamin perveniret, dies X;

Alamin, quadriennium, menses V cum biduó;

Almamun, annos XX, menses V et dies XXII;

Almotassem, annos VIII, menses VIII cum biduo;

Alvathec, annos V, menses IX cum VI diebus;

Almotavakkel, annos XIV, menses IX cum IX diebus;

Almontassir, annum dimidium cum biduo;

Almostain, triennium cum IX mensibus et die uno;

Almotazz, triennium cum VI mensibus atque XXV diebus;

Almohtedi, menses XI et XX dies;

Almotamid, annos XXIII et duos menses;

Almovaffac, annos XIV, menses IV;

Almotadhid, decennium cum VIII mensibus et XXIII diebus;

Almoctafi, annos VI cum dimidio et diebus XXIII;

Almoctadir, annos XXIV, menses duos et dies X;

Alcahir, annum unum, menses V et dies XXI;

Arradhi, annos VII;

Almottaki, annos V;
Almostacfi, menses XVI.

Caput sextum.

Exponuntur Neuruz'Annorum a Fuga, i. e. in quem diem anni Arabici inciderint singula Neuruz, et quo anno nullum fuerit Neuruz.

٦٠٩ Anno I, qui est imperii Parviziani XXXIV, Neuruz in primum Dzul cadae, diem Solis, sive XVIII Chazirani incidit.

Anno II in XI diem Dzul cadae, diem Lunae.

Anno III in XXII diem Dzul cadae, diem Martis.

Anno IV in III diem Dzul hidjae, diem Mercurii.

Anno V in XIV diem Dzul hidjae, diem Jovis.

Anno VI in XXV diem Dzul hidjae, diem Veneris.

Anno VII Neuruz non fuit.

Anno VIII in VI diem Moharremi, diem Saturni.

Anno IX in XVII diem Moharremi, diem Solis.

Anno X in XXVIII diem Moharremi, diem Lunae.

Anno XI in IX diem Safaris, diem Martis.

Anno XII in XX diem Safaris, diem Mercurii.

Anno XIII in I diem Rebi prioris, diem Jovis.

Anno XIV in XII diem Rebi prioris, diem Veneris.

٦٤٠ Anno XV in XXIII diem Rebi prioris, diem Saturni.

Anno XVI in IV diem Rebi posterioris, diem Solis.

Anno XVII in XV diem Rebi posterioris, diem Lunae.

Anno XVIII in XXVI diem Rebi posterioris, diem Martis.

Anno XIX in VII diem Djumadi prioris, diem Mercurii.

Anno XX in XVIII diem Djumadi prioris, diem Jovis.

Anno XXI in XXIX diem Djumadi prioris, diem Veneris.

Anno XXII in X diem Djumadi posterioris, diem Saturni.

Anno XXIII in XXI diem Djumadi posterioris, diem Solis.

Anno XXIV in II diem Redjebi, diem Lunae.

Anno XXV in XIII diem Redjebi, diem Martis.

Anno XXVI in XXIV diem Redjebi, diem Mercurii.

Anno XXVII in V diem Schabanis, diem Jovis.

Anno XXVIII in XVI diem Schabanis, diem Veneris. ١٩١

Anno XXIX in XXVII diem Schabanis, diem Saturni.

Anno XXX in VIII diem Ramadhanis, diem Solis.

Anno XXXI in XIX diem Ramadhanis, diem Lunae.

Anno XXXII in I diem Schevvalis, diem Martis.

Anno XXXIII in XI diem Schevvalis, diem Mercurii.

Anno XXXIV in XXII diem Schevvalis, diem Jovis.

Anno XXXV in III diem Dzul cadae, diem Veneris.

Anno XXXVI in XIV diem Dzul cadae, diem Saturni.

Anno XXXVII in XXV diem Dzul cadae, diem Solis.

Anno XXXVIII in VI diem Dzul hidjae, diem Lunae.

Anno XXXIX in XVII diem Dzul hidjae, diem Martis.

Anno XL in XXVIII diem Dzul hidjae, diem Mercurii.

Anno XLI Neuruz non fuit.

Anno XLII in IX diem Moharremi, diem Jovis. ١٩٢

Anno XLIII in XX diem Moharremi, diem Veneris.

Anno XLIV in I diem Safaris, diem Saturni.
Anno XLV in XII diem Safaris, diem Solis.
Anno XLVI in XXIII diem Safaris, diem Lunae.
Anno XLVII in IV diem Rebi prioris, diem Martis.
Anno XLVIII in XV diem Rebi prioris, diem Mercurii.
Anno XLIX in XXVI diem Rebi prioris, diem Jovis.
Anno L in VII diem Rebi posterioris, diem Veneris.
Anno LI in XVIII diem Rebi posterioris, diem Saturni.
Anno LII in XXIX diem Rebi posterioris, diem Solis.
Anno LIII in X diem Djumadi prioris, diem Lunae.
Anno LIV in XXI diem Djumadi prioris, diem Martis.
١٢٦٣ Anno LV in II diem Djumadi posterioris, diem Mercurii.
Anno LVI in XIII diem Djumadi posterioris, diem Jovis.
Anno LVII in XXIV diem Djumadi posterioris, diem Veneris.
Anno LVIII in V diem Redjebi, diem Saturni.
Anno LIX in XVI diem Redjebi, diem Solis.
Anno LX in XXVII diem Redjebi, diem Lunae.
Anno LXI in VIII diem Schabanis, diem Martis.
Anno LXII in XIX diem Schabanis, diem Mercurii.
Anno LXIII in I diem Ramadhanis, diem Jovis.
Anno LXIV in XI diem Ramadhanis, diem Veneris.
Anno LXV in XXII diem Ramadhanis, diem Saturni.
Anno LXVI in III diem Schevvalis, diem Solis.
Anno LXVII in XIV diem Schevvalis, diem Lunae.
١٢٦٤ Anno LXVIII in XXV diem Schevvalis, diem Martis.

Anno LXIX in VI diem Dzul cadae, diem Mercurii.
Anno LXX in XVII diem Dzul cadae, diem Jovis.
Anno LXXI in XXVIII diem Dzul cadae, diem Veneris.
Anno LXXII in IX diem Dzul hidjae, diem Saturni.
Anno LXXIII in XX diem Dzul hidjae, diem Solis.
Anno LXXIV Neuruz non fuit.
Anno LXXV in I diem Moharremi, diem Lunae.
Anno LXXVI in XII diem Moharremi, diem Martis.
Anno LXXVII in XXIII diem Moharremi, diem Mercurii.
Anno LXXVIII in IV diem Safaris, diem Jovis.
Anno LXXIX in XV diem Safaris, diem Veneris.
Anno LXXX in XXVI diem Safaris, diem Saturni.
Anno LXXXI in VII diem Rebi prioris, diem Solis.
Anno LXXXII in XVIII diem Rebi prioris, diem Lunae. ١٩٥
Anno LXXXIII in XXIX diem Rebi prioris, diem Martis.
Anno LXXXIV in X diem Rebi posterioris, diem Mercurii.
Anno LXXXV in XXI diem Rebi posterioris, diem Jovis.
Anno LXXXVI in II diem Djumadi prioris, diem Veneris.
Anno LXXXVII in XIII diem Djumadi prioris, diem Saturni.
Anno LXXXVIII in XXIV diem Djumadi prioris, diem Solis.
Anno LXXXIX in V diem Djumadi posterioris, diem Lunae.
Anno XC in XVI diem Djumadi posterioris, diem Martis.
Anno XCI in XXVII diem Djumadi posterioris, diem Mercurii.
Anno XCII in VIII diem Redjebi, diem Jovis.
Anno XCIII in XIX diem Redjebi, diem Veneris.
Anno XCIV in I diem Schabanis, diem Saturni. ١٩٩
Anno XCV in XI diem Schabanis, diem Solis.

Anno XCVI in XXII diem Schabanis, diem Lunae.
Anno XCVII in III diem Ramadhanis, diem Martis.
Anno XCVIII in XIV diem Ramadhanis, diem Mercurii.
Anno XCIX in XXV diem Ramadhanis, diem Jovis.
Anno C in VI diem Schevvalis, diem Veneris.
Anno CI in XVII diem Schevvalis, diem Saturni.
Anno CII in XXVIII diem Schevvalis, diem Solis.
Anno CIII in IX diem Dzul cadae, diem Lunae.
Anno CIV in XX diem Dzul cadae, diem Martis.
Anno CV in I diem Dzul hidjae, diem Mercurii.
Anno CVI in XII diem Dzul hidjae, diem Jovis.
Anno CVII in XXIII diem Dzul hidjae, diem Veneris.
١٢٧ Anno CVIII Neuruz non-fuit.
Anno CIX in IV diem Moharremi, diem Saturni.
Anno CX in XV diem Moharremi, diem Solis.
Anno CXI in XXVI diem Moharremi, diem Lunae.
Anno CXII in VII diem Safaris, diem Martis.
Anno CXIII in XVIII diem Safaris, diem Mercurii.
Anno CXIV in XXIX diem Safaris, diem Jovis.
Anno CXV in X diem Rebi prioris, diem Veneris.
Anno CXVI in XXI diem Rebi prioris, diem Saturni.
Anno CXVII in II diem Rebi posterioris, diem Solis.
Anno CXVIII in XIII diem Rebi posterioris, diem Lunae.
Anno CXIX in XXIV diem Rebi posterioris, diem Martis.
Anno CXX in V diem Djumadi prioris, diem Mercurii.
١٢٨ Anno CXXI in XVI diem Djumadi prioris, diem Jovis.
Anno CXXII in XXVII diem Djumadi prioris, diem Veneris.
Anno CXXIII in VIII diem Djumadi posterioris, diem Saturni.

Anno CXXIV in XIX diem Djumadi posterioris, diem Solis.

Anno CXXV in I diem Redjebi, diem Lunae.

Anno CXXVI in XI diem Redjebi, diem Martis.

Anno CXXVII in XXII diem Redjebi, diem Mercurii.

Anno CXXVIII in III diem Schabanis, diem Jovis.

Anno CXXIX in XIV diem Schabanis, diem Veneris.

Anno CXXX in XXV diem Schabanis, diem Saturni.

Anno CXXXI in VI diem Ramadhanis, diem Solis.

Anno CXXXII in XVII diem Ramadhanis, diem Lunae. ١٩٩

Anno CXXXIII in XXVIII diem Ramadhanis, diem Martis.

Anno CXXXIV in IX diem Schevvalis, diem Mercurii.

Anno CXXXV in XX diem Schevvalis, diem Jovis.

Anno CXXXVI in I diem Dzul cadae, diem Veneris.

Anno CXXXVII in XII diem Dzul cadae, diem Saturni.

Anno CXXXVIII in XXIII diem Dzul cadae, diem Solis.

Anno CXXXIX in IV diem Dzul hidjae, diem Lunae.

Anno CXL in XV diem Dzul hidjae, diem Martis.

Anno CXLI in XXVI diem Dzul hidjae, diem Mercurii.

Anno CXLII Neuruz non fuit.

Anno CXLIII in VII diem Moharremi, diem Jovis.

Anno CXLIV in XVIII diem Moharremi, diem Veneris.

Anno CXLV in XXIX diem Moharremi, diem Saturni. ١٧٠

Anno CXLVI in X diem Safaris, diem Solis.

Anno CXLVII in XXI diem Safaris, diem Lunae.

Anno CXLVIII in II diem Rebi prioris, diem Martis.

Anno CXLIX in XIII diem Rebi prioris, diem Mercurii.

Anno CL in XXIV diem Rebi prioris, diem Jovis.

Anno CLI in V diem Rebi posterioris, diem Veneris.

Anno CLII in XVI diem Rebi posterioris, diem Saturni.

Anno CLIII in XXVII diem Rebi posterioris, diem Solis.

Anno CLIV in VIII diem Djumadi prioris, diem Lunae.

Anno CLV in XIX diem Djumadi prioris, diem Martis.

Anno CLVI in I diem Djumadi posterioris, diem Mercurii.

Anno CLVII in XI diem Djumadi posterioris, diem Jovis.

Anno CLVIII in XXII diem Djumadi posterioris, diem Veneris.

Anno CLIX in III diem Redjebi, diem Saturni.

Anno CLX in XIV diem Redjebi, diem Solis.

Anno CLXI in XXV diem Redjebi, diem Lunae.

Anno CLXII in VI diem Schabanis, diem Martis.

Anno CLXIII in XVII diem Schabanis, diem Mercurii.

Anno CLXIV in XXVIII diem Schabanis, diem Jovis.

Anno CLXV in IX diem Ramadhanis, diem Veneris.

Anno CLXVI in XX diem Ramadhanis, diem Saturni.

Anno CLXVII in I diem Schevvalis, diem Solis.

Anno CLXVIII in XII diem Schevvalis, diem Lunae.

Anno CLXIX in XXIII diem Schevvalis, diem Martis.

Anno CLXX in IV diem Dzul cadae, diem Mercurii.

Anno CLXXI in XV diem Dzul cadae, diem Jovis.

Anno CLXXII in XXVI diem Dzul cadae, diem Veneris.

Anno CLXXIII in VII diem Dzul hidjae, diem Saturni.

Anno CLXXIV in XVIII diem Dzul hidjae, diem Solis.

Anno CLXXXV in XXIX diem Dzul hidjae, diem Lunae.

Anno CLXXXVI Neuruz non fuit.

Anno CLXXXVII in X diem Moharremi, diem Martis.

Anno CLXXXVIII in XXI diem Moharremi, diem Mercurii.

Anno CLXXXIX in II diem Safaris, diem Jovis.

Anno CLXXXX in XIII diem Safaris, diem Veneris.

Anno CLXXXXI in XXIV diem Safaris, diem Saturni.

Anno CLXXXXII in V diem Rebi prioris, diem Solis. ١٧٣

Anno CLXXXXIII in XVI diem Rebi prioris, diem Lunae.

Anno CLXXXXIV in XXVII diem Rebi prioris, diem Martis.

Anno CLXXXXV in VIII diem Rebi posterioris, diem Mercurii.

Anno CLXXXXVI in XIX diem Rebi posterioris, diem Jovis.

Anno CLXXXXVII in I diem Djumadi prioris, diem Veneris.

Anno CLXXXXVIII in XI diem Djumadi prioris, diem Saturni.

Anno CLXXXXIX in XXII diem Djumadi prioris, diem Solis.

Anno CXC in III diem Djumadi posterioris, diem Lunae.

Anno CXCI in XIV diem Djumadi posterioris, diem Martis.

Anno CXCII in XXV diem Djumadi posterioris, diem Mercurii.

Anno CXCIII in VI diem Redjebi, diem Jovis. ١٧٤

Anno CXCIV in XVII diem Redjebi, diem Veneris.
Anno CXCV in XXVIII diem Redjebi, diem Saturni.
Anno CXCVI in IX diem Schabanis, diem Solis.
Anno CXCVII in XX diem Schabanis, diem Lunae.
Anno CXCVIII in I diem Ramadhanis, diem Martis.
Anno CXCIX in XII diem Ramadhanis, diem Mercurii.
Anno CC in XXIII diem Ramadhanis, diem Jovis.
Anno CCI in IV diem Schevvalis, diem Veneris.
Anno CCII in XV diem Schevvalis, diem Saturni.
Anno CCIII in XXVI diem Schevvalis, diem Jovis.
Anno CCIV in VII diem Dzul cadae, diem Lunae.
١٧٥ Anno CCV in XVIII diem Dzul cadae, diem Martis.
Anno CCVI in XXIX diem Dzul cadae, diem Mercurii.
Anno CCVII in X diem Dzul hidjae, diem Jovis.
Anno CCVIII in XXI diem Dzul hidjae, diem Veneris.
Anno CCIX Neuruz non fuit.
Anno CCX in II diem Moharremi, diem Saturni.
Anno CCXI in XIII diem Moharremi, diem Solis.
Anno CCXII in XXIV diem Moharremi, diem Lunae.
Anno CCXIII in V diem Safaris, diem Martis.
Anno CCXIV in XVI diem Safaris, diem Mercurii.
Anno CCXV in XXVII diem Safaris, diem Jovis.
Anno CCXVI in VIII diem Rebi prioris, diem Veneris.
Anno CCXVII in XIX diem Rebi prioris, diem Saturni.
١٧٩ Anno CCXVIII in I diem Rebi posterioris, diem Solis.
Anno CCXIX in XI diem Rebi posterioris, diem Lunae.
Anno CCXX in XXII diem Rebi posterioris, diem Martis.
Anno CCXXI in III diem Djumadi prioris, diem Mercurii.

Anno CCXXII in XIV diem Djumadi prioris, diem Jovis.

Anno CCXXIII in XXV diem Djumadi prioris, diem Veneris.

Anno CCXXIV in VI diem Djumadi posterioris, diem Saturni.

Anno CCXXV in XVII diem Djumadi posterioris, diem Solis.

Anno CCXXVI in XXVIII diem Djumadi posterioris, diem Lunae.

Anno CCXXVII in IX diem Redjebi, diem Martis.

Anno CCXXVIII in XX diem Redjebi, diem Mercurii.

Anno CCXXIX in I diem Schabanis, diem Jovis.

Anno CCXXX in XII diem Schabanis, diem Veneris.

Anno CCXXXI in XXIII diem Schabanis, diem Saturni.

Anno CCXXXII in IV diem Ramadhanis, diem Solis.

Anno CCXXXIII in XV diem Ramadhanis, diem Lunae.

Anno CCXXXIV in XXVI diem Ramadhanis, diem Martis.

Anno CCXXXV in VII diem Schevvalis, diem Mercurii.

Anno CCXXXVI in XVIII diem Schevvalis, diem Jovis.

Anno CCXXXVII in XXIX diem Schevvalis, diem Veneris.

Anno CCXXXVIII in X diem Dzul cadae, diem Saturni.

Anno CCXXXIX in XXI diem Dzul cadae, diem Solis.

Anno CCXL in II diem Dzul hidjae, diem Lunae.

١٧٨ Anno CCXLI in XIII diem Dzul hidjae, diem Martis.

Anno CCXLII in XXIV diem Dzul hidjae, diem Mercurii.

Anno CCXLIII Neuruz non fuit.

Anno CCXLIV in V diem Moharremi, diem Jovis.

Anno CCXLV in XVI diem Moharremi, diem Veneris.

Anno CCXLVI in XXVII diem Moharremi, diem Saturni.

Anno CCXLVII in VIII diem Safaris, diem Solis.

Anno CCXLVIII in XIX diem Safaris, diem Lunae.

Anno CCXLIX in I diem Rebi prioris, diem Martis.

Anno CCL in XI diem Rebi prioris, diem Mercurii.

Anno CCLI in XXII diem Rebi prioris, diem Jovis.

Anno CCLII in III diem Rebi posterioris, diem Veneris.

١٧٩ Anno CCLIII in XIV diem Rebi posterioris, diem Saturni.

Anno CCLIV in XXV diem Rebi posterioris, diem Solis.

Anno CCLV in VI diem Djumadi prioris, diem Lunae.

Anno CCLVI in XVII diem Djumadi prioris, diem Martis.

Anno CCLVII in XXVIII diem Djumadi prioris, diem Mercurii.

Anno CCLVIII in IX diem Djumadi posterioris, diem Jovis.

Anno CCLIX in XX diem Djumadi posterioris, diem Veneris.

Anno CCLX in I diem Redjebi, diem Saturni.

Anno CCLXI in XII diem Redjebi, diem Solis.

Anno CCLXII in XXIII diem Redjebi, diem Lunae.
Anno CCLXIII in IV diem Schabanis, diem Martis.
Anno CCLXIV in XV diem Schabanis, diem Mercurii.
Anno CCLXV in XXVI diem Schabanis, diem Jovis.
Anno CCLXVI in VII diem Ramadhanis, diem Veneris.
Anno CCLXVII in XVIII diem Ramadhanis, diem Saturni.
Anno CCLXVIII in XXIX diem Ramadhanis, diem Solis.
Anno CCLXIX in X diem Schevvalis, diem Lunae.
Anno CCLXX in XXI diem Schevvalis, diem Martis.
Anno CCLXXI in II diem Dzul cadae, diem Mercurii.
Anno CCLXXII in XIII diem Dzul cadae, diem Jovis.
Anno CCLXXIII in XXIV diem Dzul cadae, diem Veneris.
Anno CCLXXIV in V diem Dzul hidjae, diem Saturni.
Anno CCLXXV in XVI diem Dzul hidjae, diem Solis.
Anno CCLXXVI in XXVII diem Dzul hidjae, diem Lunae.
Anno CCLXXVII Neuruz non fuit.
Anno CCLXXVIII in VIII diem Moharremi, diem Martis.
Anno CCLXXIX in XIX diem Moharremi, diem Mercurii.
Anno CCLXXX in I diem Safaris, diem Jovis.
Anno CCLXXXI in XI diem Safaris, diem Veneris.
Anno CCLXXXII in XXII diem Safaris, diem Saturni.
Anno CCLXXXIII in III diem Rebi prioris, diem Solis.

Anno CCLXXXIV in XIV diem Rebi prioris, diem Lunae.

Anno CCLXXXV in XXV diem Rebi prioris, diem Martis.

Anno CCLXXXVI in VI diem Rebi posterioris, diem Mercurii.

Anno CCLXXXVII in XVII diem Rebi posterioris, diem Jovis.

١٨٢ Anno CCLXXXVIII in XXVIII diem Rebi posterioris, diem Veneris.

Anno CCLXXXIX in IX diem Djumadi prioris, diem Saturni.

Anno CCXC in XX diem Djumadi prioris, diem Solis.

Anno CCXCI in I diem Djumadi posterioris, diem Lunae.

Anno CCXCII in XII diem Djumadi posterioris, diem Martis.

Anno CCXCIII in XXIII diem Djumadi posterioris, diem Mercurii.

Anno CCXCIV in IV diem Redjebi, diem Jovis.

Anno CCXCV in XV diem Redjebi, diem Veneris.

Anno CCXCVI in XXVI diem Redjebi, diem Saturni.

Anno CCXCVII in VII diem Schabanis, diem Solis.

Anno CCXCVIII in XVIII diem Schabanis, diem Lunae.

Anno CCXCIX in XXIX diem Schabanis, diem Martis.

١٨٣ Anno CCC in X diem Ramadhanis, diem Mercurii.

Anno CCCI in XXI diem Ramadhanis, diem Jovis.

Anno CCCII in II diem Schevvalis, diem Veneris.

Anno CCCIII in XIII diem Schevvalis, diem Saturni.
Anno CCCIV in XXIV diem Schevvalis, diem Solis.
Anno CCCV in V diem Dzul cadae, diem Lunae.
Anno CCCVI in XVI diem Dzul cadae, diem Martis.
Anno CCCVII in XXVII diem Dzul cadae, diem Mercurii.
Anno CCCVIII in VIII diem Dzul hidjae, diem Jovis.
Anno CCCIX in XIX diem Dzul hidjae, diem Veneris.
Anno CCCX in I diem Moharremi, diem Saturni.
Anno CCCXI Neuruz non fuit.
Anno CCCXII in XI diem Moharremi, diem Solis.
Anno CCCXIII in XXII diem Moharremi, diem Lunae. ۱۸۴
Anno CCCXIV in III diem Safaris, diem Martis.
Anno CCCXV in XIV diem Safaris, diem Mercurii.
Anno CCCXVI in XXV diem Safaris, diem Jovis.
Anno CCCXVII in VI diem Rebi prioris, diem Veneris.
Anno CCCXVIII in XVII diem Rebi prioris, diem Saturni.
Anno CCCXIX in XXVIII diem Rebi prioris, diem Solis.
Anno CCCXX in IX diem Rebi posterioris, diem Lunae.
Anno CCCXXI in XX diem Rebi posterioris, diem Martis.
Anno CCCXXII in I diem Djumadi prioris, diem Mercurii.
Anno CCCXXIII in XII diem Djumadi prioris, diem Jovis.
Anno CCCXXIV in XXIII diem Djumadi prioris, diem Veneris.

١٨٥ Anno CCCXXV in IV diem Djumadi posterioris, diem Saturni.

Anno CCCXXVI in XV diem Djumadi posterioris, diem Solis.

Anno CCCXXVII in XXVI diem Djumadi posterioris, diem Lunae.

Anno CCCXXVIII in VII diem Redjebi, diem Martis.

Anno CCCXXIX in XVIII diem Redjebi, diem Mercurii.

Anno CCCXXX in XXIX diem Redjebi, diem Jovis.

Anno CCCXXXI in X diem Schabanis, diem Veneris.

Anno CCCXXXII in XXI diem Schabanis, diem Saturni.

Anno CCCXXXIII in II diem Ramadhanis, diem Solis.

Anno CCCXXXIV in XIII diem Ramadhanis, diem Lunae.

Anno CCCXXXV in XXIV diem Ramadhanis, diem Martis.

Anno CCCXXXVI in V diem Schevvalis, diem Mercurii.

١٨٩ Anno CCCXXXVII in XVI diem Schevvalis, diem Jovis.

Anno CCCXXXVIII in XXVII diem Schevvalis, diem Veneris.

Anno CCCXXXIX in VIII diem Dzul cadae, diem Saturni.

Anno CCCXL in XIX diem Dzul cadae, diem Solis.

Anno CCCXLI in I diem Dzul hidjae, diem Lunae.

Anno CCCXLII in XI diem Dzul hidjae, diem Martis.

Anno CCCXLIII in XXII diem Dzul hidjae, diem Mercurii.

Anno CCCXLIV Neuruz non fuit.

Anno CCCXLV in III diem Moharremi, diem Jovis.

Anno CCCXLVI in XIV diem Moharremi, diem Veneris.

Anno CCCXLVII in XXV diem Moharremi, diem Saturni.

Anno CCCXLVIII in VI diem Safaris, diem Solis.

Anno CCCXLIX in XVII diem Safaris, diem Lunae. ١٨٧

Anno CCCL in XXVIII diem Safaris, diem Martis.

Caput septimum.

Recensentur summatim varia, quae inde a tempore Fugae accidere, in eorum usum, qui inde exemplum sumere volent.

Jam antehac multa hoc de argumento in libro De Ispahana tractavi, quapropter hoc loco pauca tantum afferam. Mussa, filius Mohammedis, Chovarezmensis, in opere suo historico anno XCIV Fugae, die X mensis Adar [a. C. 713, Febr. 10], motus terrae incepisse narrat, qui XL dies duraverint, ita ut summa aedificia omnia collaberentur atque domus urbis Antiochenae ad unam omnes everterentur. Anno XCVIII [a. C. 718] ea calamitas rediit et per VI menses regnavit. Mohammed, filius Djerir, Thaberistanensis, anno CCXXII [a. C. 837] agmen murium tantum, ut omnem numerum excederet, in provinciis Sarachs et Merv-

Rud provenisse refert, quod ne artificiis quidem pelli potuerit. Damnum ex eo infortunio acceptum eo usque adauctum est, ut mures in utraque provincia ejus anni frumentum corrumperent; tandem gravi lue absumti perierunt.

Anno CCXXV [a. C. 840] Ahvaz per quatuor dies noctesque terrae motu ita concussa est, ut mons,
١٨٨ cui urbs subjacet, rumperetur.

Anno CCXXXIV [a. C. 849], regnante Motavakkel, homines vento procelloso ac fervido, qualem ex hominum memoria nemo viderat, infestatos esse auctor alius tradidit: per L et aliquot dies continuo flavit, cum tertio die mensis Chaziran, id est die Arafa, inceperit et ultimo demum die Tammuzi desierit. Et Cufam attigit et Bagdad et Vassith et Basram, unde ad Abbadanam vertit, eodem modo quo a Vassith ad Ahvaz tetendit, interficiens ad unum omnes peregre euntes ac redeuntes. Ad Ahvaz reversus in Hamadanam descendit, ubi diebus XX, quibus resedit, fruges combussit; retro cum ex Hamadana cederet, per Singarae deserta ad Maussil sagittae instar pertendit, neque hominem nec pecudem neque arborem attigit, quin statim perderet. In Maussil firmiter consedit, et homines a commercio arcuit, ita ut frugum et mercium commeatu inter rusticos et oppidanos intercepto forum ab emtoribus vacaret.

Anno CCXLI [a. C. 855] e terra Turcarum ventus gelidus flavit, qui Sarachs attigit suoque frigore homines penetratos confecit: coryza laborabant ac postea
١٨٩ peribant. A Sarachs petiit Nissabur, unde rever-

sus in urbe Rhage resedit; tandem Hamadanam et inde Cholvanam pertendit. In hac urbe bifariam partitus est: altera pars dextrorsum Samarram abiit, altera sinistrorsum Bagdadum. Homines inde tussi et gravedine cephalaeae equinae simili affecti sunt. A Bagdado Vasseith, inde Basram et hinc Ahvaz petiit.

Eodem anno CCXLI, Mohammed, filius Djerir, narrat incolas regionis Cumess territos esse motu atque hiatibus terrae, quibus tota urbs principalis vastata sit. Postea igne ex aëre delapso magna hominum multitudo est combusta; nuntius quoque ex Arabia felice ad Sultanum pervenit, montem Sacra loco motum esse. Abdallah ben Mohammed ben Mussa ben Mohammed ben Ibrahim, Imamus, regnante Mustaïno Jovem, Martem, Venerem ac Mercurium in extremo signo Cancri sub radiis Solis conjunctos fuisse tradit; cum etiam Luna accessisset, nubes ortas esse et imbrem densissimum et tenebras et tonitrua et fulgura per sex diei horas continuas durasse. Aër mense Tamuz ita refrixit, ut incolae Samarrae
ad sumenda amicula cogerentur; deinde arcus coe- ١٩.
lestis eo tractu, qui ad orientem vergit, apparuit; propter aquarum copiam e nubibus effusam alter quoque arcus sub illo ortus est. Omnes autem res, quae in aëre praeter consuetudinem gignuntur, in mundo sublunari insolitos casus pariunt.

Alius quidam auctor anno CCLVIII [a. C. 872] Ahvaz et Iracam lue vexatas esse refert, quae ab regione Ascar Mocrem diffusa in longitudinem ad Circesium, in nomo Euphratensi situm, et in

latitudinem ad Cholvanam ejusque fines pertenderit; ortam autem fuisse ex deserto Arabico. Eam tam atrociter saeviisse, ut, cum Sultanus Bagdadi numerari jussisset, quot quovis die sepelirentur, funerum quotidianorum numerus inter D et DC inventus sit.

Eodem anno Mohammed, filius Djerir, Seimarae magnum terrae fragorem fuisse refert, quo major oppidi pars corruerit atque hominum interfectorum multitudo viginti millia excesserit.

Idem anno CCLXXVI [a. C. 890] fluvium Sila totum defecisse narrat, quo septem hominum sepulcra in cisterna quadam e saxo excisa retecta sint, quorum cadavera adhuc integra essent et lintea funebria moschum olerent. Ibidem inventus est liber
١٩١ argumenti ignoti. Inter mortuos juvenis erat pulchra facie, in cujus latere plaga cernebatur.

Idem anno CCLXXVIII [a. C. 892] tantum resedisse dicit aquas Nili, quantum ex hominum memoria nemo vidisset neque ex historiis populorum antiquorum accepisset.

Idem anno CCLXXX [a. C. 894] sole deficiente per aliquot horas tenebras regnasse tradit. Vesperascente die ad trientem noctis ventus ater in regione Dombul flare coepit; deinde terra concussa hausti sunt homines, pauci tantum evaserunt. Sultano plus XXX hominum millia hac unius diei ruina periisse nuntiatum est. Idem, postquam per quinque dies terra contremuit, quendam misit, qui numerum hominum istis quinque diebus interfectorum colligeret: inventa sunt CL millia.

Anno CCLXXXIV [a. C. 897] astrologi terram diluvio submersum iri praenuntiavere, sed falso: ubique siccitas regnavit et aquae resederunt.

Anno CCLXXXV, vigesimo die Rebi prioris [a. C. 898 Apr. 15], Cufae et in regionibus adiacentibus ventus flavus ortus est, qui mox niger factus diem et noctem tenuit: secuta est largissima pluvia cum tonitrubus terribilibus et fulminibus continuis. Inde Achmedabadae ejusque in vicinia lapides albi et nigri decidere varii ponderis, quorum quasi nuclei erant ۱۹۲
lapilli teretes et rotundi, similes illis, quibus aromata teruntur. Idem Basrae factum est, neque tamen ibi lapidavit, sed grando cecidit, cujus grana pondus CL drachmarum habebant.

Ut idem auctor narrat, anno CCCV [a. C. 918] ex urbe Merv ad Sultanum scriptum est, aliquot homines foramen in muro illius urbis invenisse ac ruderibus inde remotis in cameram penetrasse, ubi mille capita viderint catenis religata: in aure cujusque capitis schedulam fuisse, nomine ejus inscriptam, qui illud caput gessisset.

Octo res sunt, quas praeter solitum rerum ordinem Ispahanae ab anno CCXCI ad CCCXLIV [a. C. 904—956] accidere ipse memini. Anno CCXCI die Chordad mensis Chordad frumenta ad summam maturitatem pervenerant: cum gelu tacta omnia perierunt et granis cassa demessa sunt. Talem calamitatem tempore calido et flagrante aestu homines nunquam nec viderant nec audiverant.

Anno CCCX [a. C. 923] Zerinrud fluvius mirum

quantum crevit et modo insolito extra ripas effusus est; aquae tantopere auctae sunt, ut pontibus mersis homines a transitu arcerentur. Itaque literae ad sa-
۱۹۳ gittas religatae a porta urbis ad regionem Varzieabad mittebantur. Tandem, cum aquae ipsum murum mersissent et partem ejus perrupissent, incolae vitis suis timuerunt. Tum vero aquae resederunt et decrescere inceperunt.

Sub finem anni CCCXXIII [a. C. 936] et initio proximi regnavit atrocissima fames, quacum conjuncta est repentina mors. In ambabus Ispahanae partibus plus ducenti millia hominum mortui sunt. Quae eo anno Ispahanae accidere, in libro De Ispahana plene persecutus sum; hic particulam eorum attigisse satis habui.

Anno CCCXXX [a. C. 942] vigesimo die mensis Aban ninxit, id quod eo mense Ispahanae nunquam antea visum erat.

Anno CCCXXXII [a. C. 944] die Neuruz mane tanta vis nivis inventa est, ut scopis removenda esset, quod tempore verno nunquam visum erat. Nivem excepit frigus insolitum: triduo post cum homines surrexissent, arbores frigore corruptas viderunt. Eandem calamitatem simul omnes Orientis regiones passae sunt, ut incolae fructibus carerent.

۱۹۴ Anno CCCXXXIII [a. C. 945] Bagdadi fames tanta fuit, ut incolae moribundis similes dispalarentur; viri enim per urbes vagati sunt, mulieribus domi residentibus. Virgines honestae vel vicenae in vias prodibant, aliae aliis innixae et clamitantes: O famem,

famem! Ex quibus cum una corruisset, ceterae quoque omnes mortuae in facies procidebant. Erat Bagdadi vir Susianus opulentus, nomine Jachia, filius Zachariae, qui in domo sua mille virgines congregavit neque solum per totum tempus famis aluit, sed etiam postea omnes bene dotatas collocavit.

Anno CCCXXXIV [a. C. 946] in pago Teimara majore tanta ricinorum multitudo fuit, ut homines de annona desperantes solum mutare meditarentur. Paullo post in eo pago aves e genere accipitrum, corpore passeribus aliquanto majores, resederunt et per arbores pomarii cujusdam ante praedium Moammaridarum siti dispersae sunt. Ex hujus praedii colonis nonnulli, qui quae deinde facta sunt ipsi coram viderant, ea mihi sic narrarunt: mane una illarum avium in summa aliqua arbore pomarii sedens continuo sibilabat: tum omnes evolabant distinctae in catervas, quae singulae in singulis agris illius pagi residebant et ricinos legere incipiebant. Ingluvie ۱۹۰
repleta aquam petebant, qua refrigeratae, exonerata ingluvie, rursus ricinos ad vesperem usque legebant; postremo ad arbores pomarii revolabant. Proximo mane denuo ricinos legebant, atque ita, mane ab una illa ave sibilando excitatae, usque legere pergebant, donec ricinis pagi deletis quodam mane pomarium reliquerunt neque ad hunc diem iterum visae sunt.

Anno CCCXLIV, initio Moharremi [a. C. 955 Apr. 26], morbus e sanguine et bile flava concretus Ispahanae ortus est, qui nemini pepercit, ita ut in

domibus utriusque urbis viros, mulieres et infantes opprimeret. Durabat a diebus II ad VII aut X. Interdum alicujus domus incolas, plus XX, simul obruebat, ita ut eos omnes conficeret. Optime adversus eum muniti erant, qui sanguinis missione ei occurrebant. Hic morbus Ispahanae supervenerat ex Ahvaz, huic regioni autem a Bagdado. Inde enim Vassith, hinc Basram petiit, ubi pestilentia cum eo conjuncta quotidie a M ad MCC cadavera sepeliebantur. A Basra descendit in Ahvaz: hinc bifariam partitus dextrorsum abiit versus Arra-
١٩٩ djan, unde ad reliquos Persidis nomos transiit; sinistrorsum ad Ispahanam. Tandem bona valetudo restituta est.

Anno eodem CCCXLIV, die XXIX Rebi posterioris [a. C. 955 Aug. 22], sive die Adzar mensis Murdad, post meridiem pluere et fulgurare et tonare coepit, ita ut colliciae manarent, quamquam sol clarissimus nulla objecta nube terram collustrabat. Sub vesperem nubibus conglobatis pluvia, postquam remiserat, denuo tantopere intendit, ut tandem in imbrem vehementissimum mutata simul cum tonitrubus et fulminibus formidolosis per totam noctem regnaret. Primo noctis triente fragor horribilis ex aëre auditus. Mane cum homines surrexissent, torrentem, cloacis redundantibus, vias opplevisse viderunt. Vespere diei proximi Ischnad in parte coeli occidentali fulgurare coepit, atque fulmina, ignis vehementer ardentis instar, continuo ad horizontem australem conversa sunt, donec nocte extrema ad

eum locum pervenerunt, ubi hieme sol oritur. Micabant sine intermissione nec certo ullo inter bina fulgura intervallo; tonitru autem ne levissimum quidem audiebatur. Postridie, i. e. die Asman, cum homines surrexissent, amnem viderunt aquis foetidis cum coeno mixtis auctum esse, quam rubrae quamque turbidae nunquam antea visae fuerant. Tum, minorum fluviorum ratione non habita, in amne fere [9v
triginta molae [vi aquarum abreptae][1] numeratae sunt. Postquam vero amnis omnia obtexit et insulas mersit ac post meridiem ad summam altitudinem excrevit: fere mille in eo molae numeratae sunt. Tam tumidus tamque turbidus XIV dies mansit. Talia eventa, quae ordinem naturae excedunt, nisi literis mandantur, nullo vestigio relicto intercidunt nec postea iis, qui ea referunt, fides habetur.

Anno CCCL [a. C. 961] latus ejus aedificii, quod Saraveih nominatur atque intra urbem Djei situm est, corruit et domum retexit, in qua fere L utres erant, e corio confecti atque inscripti literis, quales antea nemo viderat. Quando ibi depositi fuissent, ignotum erat. Cum a me quaesitum esset, quae de mirabili illo aedificio scirem, hominibus promsi librum Abu-Mascharis, astrologi Balchensis, cujus nomen est: Liber de diversitate Tabularum astronomicarum. Ibi ille: Reges [Persarum], inquit, tanto studio tenebantur disciplinas conservandi, tanta cupiditate eas per omne aevum perpetuandi, tanta sollicitudine eas ab injuriis aëris et humi defendendi, ut iis inter materias scriptorias eam eligerent, quae illas injurias

optime ferret, vetustati diutissime resisteret ac mucori et obliterationi minime obnoxia esset, id est., librum [corticem interiorem] fagi, qui liber vocatur
١٩٨ tûz. Hoc exemplum imitati Seres et Indi atque populi iis finitimi ad arcus, quibus ad sagittandum utuntur, illud lignum propter duritiem, laevitatem ac firmitatem vetustati diutissime resistens prae ceteris adhibuerunt. Nacti igitur optimam materiam, quam recondendis disciplinis in rerum natura invenire potuerant, inter orbis terrarum regiones et provincias eam quaesiverunt, quae sanissimae humi, mucori minime obnoxia, a terrae motibus et hiatibus tutissima, solo tenacissimo et aedificia diutissime sustinente praedita esset. Perquisitis regni provinciis ac regionibus nullum sub firmamento coeli locum invenerunt, in quo illae virtutes magis conjunctae essent, quam provinciam Ispahanensem, deinde ex locis ejus praestantiorem non repererunt, quam in pago Djei, neque denique in eo pago locum plura eorum, quae requirebant, continentem quam eum, ubi sat longo tempore post urbs Djei condita est. Ad arcem igitur, quae nunc intra Djei sita est, profecti ibi disciplinas deposuerunt. Illud aedificium, nomine Saraveih, ad nostra usque tempora perduravit; atque ex eo ipso cognitum est, quis id condiderit, propterea quod abhinc multos annos latere ejus aedificii collapso camera in conspectum venit, ex argilla secta constructa, ubi
١٩٩ multi majorum libri inventi sunt, in quibus depositae erant variae eorum disciplinae, omnes lingua persica antiqua scripti in cortice tûz. Nonnulli ex his libris

cuidam obtigerunt, qui cum iis operam dedisset eosque legisset, inter eos librum invenit ab aliquo antiquorum regum Persiae conscriptum, in quo haec narrabantur: Thahmurath rex, qui disciplinas non minus quam doctos amabat, calamitatem illam occidentalem ex aëre imminentem jam ante cognoverat proventuram esse ex imbribus continuis diuturnitate ac copia omnem modum ac consuetudinem excessuris; porro: a primo regni sui die ad initium istius calamitatis occidentalis praeterituros esse annos CCXXXI cum diebus CCC; Astrologi autem ab ipso imperii exordio ei denuntiabant, eam calamitatem a regione occidentali ad contiguas usque Orientis regiones processuram esse. Quamobrem ille geometras locum Orientis et terra et aëre sanissimum quaerere jussit: qui locum aedificii, nomine Saraveih, elegerunt, quod etiamnum intra Djei urbem exstat. Firmissimum igitur hoc aedificium condendum curavit; cum autem eo perfecto ab hac cura otium nactus esset, libros multarum ac variarum disciplinarum e sua bibliotheca illuc transtulit, ubi in corticem tûz transcripti et in quadam parte ejus aedificii reconditi sunt, ut calami- ٢٠٠
tati illi superstites in usum hominum conservarentur. Inter eos libros erat unus, qui antiquo cuidam sapienti tribuebatur atque annos et circulos continebat, quorum scientia in inveniendis siderum intervallis et motuum eorum causis necessaria est. Persae tempore regis Thahmurath et antea viventes eos appellare solebant Annos et Circulos Millenarios; plerique Indorum sapientes et reges, qui antiquitus vixerunt,

primi Persarum reges et antiquissimi Chaldaei, qui inter Babylonios primis temporibus tentoria habitabant, tantum ex illis Annis et Circulis siderum intervalla inveniebant. Ex tabulis astronomicis, qui Thahmurathis tempore habebantur, illum librum propterea recondendum elegit, quod ipse [rex] et aequales ejus illum et verissimum et compendiosissimum usu experti erant, atque astronomi, qui illis temporibus inter proceres regios versabantur, inde tabulam astronomicam excerpserant eamque Zigi-Schahriar, id est reginam et principem tabularum, nominarant. Omissis igitur reliquis tabulis hac sola utebantur, quando reges scire cupiebant, quae hoc in mundo eventura essent.
٢٠١ Ita factum est, ut tabula astronomica Persarum illud nomen et pristino et recentiore tempore conservarit, atque ex illo aevo ad hunc usque diem apud multos populos haec de ea sententia obtinuerit: judicia astrologica tum demum vera esse, si nitantur thematis siderum ex illa petitis. — Hactenus oratio Abu Mascharis de aedificio, cujus reliquiae Ispahanae exstant. Abu Maschar de camera ejus aedificii loquitur, quae, ut plus minus, abhinc mille annos corruit; quo facto ibi Zigi-Schahriar inventum est. Quae vero anno CCCL a Fuga corruit, ea alia camera est, cujus locus ignorabatur, quia si quis in tecto ejus stabat, eam solidam esse existimabat. Quum tandem corruisset, multi illi libri retecti sunt, quos nemo legere poterat, nec scriptura eorum ulli aliorum populorum similis erat. Omnino id aedificium e miraculis est, quae in Oriente exstant, sicuti

moles illa Aegyptiaca, quae Pyramis appellatur, refertur in Occidentis miracula, quae supersunt. Ceterum Deus melius novit.

Caput octavum.

Narrantur tumultus, qui contra imperium Abbassidarum in ipsa eorum sede regia moti sunt, ita ut tota urbs Bagdadensis vastaretur et incolae emigrarent, donec Deus eorum reliquiis per Abul Hussein Buveih opem tulit.

Abbassidarum imperium anno CXXXII [a. C. 750] ٢٠٢
exordium habuit atque per successionem CLXXVII annos a regibus XVIII administratum est, in universum tranquille, cum ea, quae imperio eorum adversa accidebant, tempore brevia essent et celerem exitum haberent. Ita imperium ab alio alii tradebatur, donec sub finem anni CCCVIII [a. C. 921] de regno Moctadiri XIII anni exceptis paucis diebus praeterierant. Tunc res novari atque tumultus in sede regia cieri coepti sunt, quae reverentiam principum in exercitu et in subditis extinxere, ex aerario opes et ex thesauris bona majorum abstulere. Res novae sic per XXV annorum spatium in sede regia agitatae sunt.

Anno CCCVIII seditio incepit die Veneris, vigesimo quarto Dzulcadae die [a. C. 921, Apr. 5]. Causa, cur populus tumultum contra Sultanum movit, haec fuit, quod Chamid, filius Abbass, publicanus annonae

Savadensis factus erat. Concionatores ubi in suggestus orientalem et occidentalem adscenderunt, ipsorum templorum lateres in eos conjecti sunt; populus utrobique
٢٠٣ in chorum ruit atque destructo suggestu se a Sultani imperio liberum esse edixit. Proceres multitudinem in viis aggrediuntur armisque opprimere conantur reliquo die Veneris, die Saturni et mane diei Solis [Apr. 6. 7.]; ad forum portae Al-Thac (Fornicis) incendium parant, quo facto populus fugatus est. Seditio oppressa militum ac subditorum cadavera ostendit.

Anno CCCXI, die Rebi prioris vigesimo quarto [a. C. 923 Jul. 11], Carmathitae Basram intrarunt, urbisque principe Sebec al Muflichi interfecto incolas promiscue trucidarunt; ea, quibus portandis iumenta invenerunt, diripuerunt et ad Bahrein avexerunt. In urbe Bagdadensi quaestores ac scribae Sultani ab Ibn-al-forat, Veziro ejus, et Mochsin, hujus filio, sub praetextu pecuniarum publicarum colligendarum et in aerario condendarum, injustissime et atrocissime sunt vexati, adhibitis tormentis et ipso supplicio, id quod ab initio regni Mohammedani neque quaestoribus neque scribis unquam acciderat. Extortae sunt pecuniae, quae consuetum modum omnem excedebant; ita extorta sunt a Chamid, filio Abbass, bis millies mille ac DCC millia nummorum aureorum.

Anno CCCXII, vigesimo die Moharremi [a. C. 924 Apr. 28], in deserto, in arenis Al-Habîr, Carmathita peregrinatorum sacrorum agmina adortus, Sul-
٢٠٤ tani peditibus vinctis peregrinatores trucidavit, mulieres in captivitatem abduxit, opes abstulit et Sche-

massiam expugnavit. Terrae Mohammedanae omnes hac calamitate afflictae sunt.

Anno CCCXIII [a. C. 926], mense Dzùlcadae, Carmathita peregrinatores sacros aggressus per deserta dispersit; ii, qui forte aufugere, nudi et sine calceis reverterunt atque peregrinatio Meccana eo anno irrita facta est. Hinc Carmathitae Dzulcadae die vigesimo primo [Febr. 8] Cufam irruperunt et incolis trucidatis cum opibus raptis abiere.

Anno CCCXV, medio mense Rebi priore [a. C. 927 Mai. 19], equites seditionem contra Sultanum moverunt: ad portam Al-Chassa [Procerum] tetenderunt, hinc in regiam irruerunt et ad Al-Massaff usque penetraverunt. Deinde ad Oratorium exierunt et postridie [Mai. 20] in urbem irruperunt magnisque clamoribus ad portam Al-Thac [Fornicis] et Russafam tetenderunt; Moctadirum altis vocibus objurgantes dirissimis asseverarunt sacramentis: se posthac non magis preces canonicas, quam peregrinationem sacram peracturos esse, propterea quod Chalifa iter sacrum aeque ac fines regni ignavia sua pessum dedisset. Postridie [Mai. 21] Thureiiam palatium aggressi sunt et raptis omnibus, quae ibi erant, opibus, totum combusserunt; tholum et palatium Utrudja sive Caucab vastarunt, postquam ea, quae ibi erant, vasa, supellectilem, feras et aves rapuerant. Proximo die [Mai. 22] Hippodromum petierunt ejusque portis crematis pa- ٢٠٥
latium Al-Hussna, ubi Moctadir habitabat, adorti ad vesperem usque tumultuati sunt. Die proximo [Mai. 23], cum mane ad palatium Al-Badi [Admirabile] accessis-

sent, Sultanus Buleicum ad eos misit, qui largitione facta eos placavit. — Romani in fines Samosatenos invasere, homines ad ipsam templi primarii *Kiblam* trucidarunt et omnibus, quae invenerant, expilatis incolisque omnibus in captivitatem abductis Melitenae suburbia incendio delerunt. — Septimo die Schevvalis [Dec. 6] Carmathita Cufam intravit, et vitis incolarum se parsurum esse pollicitus, omni Sultani pecunia, quae praesto erat, et omnibus iis potitus est, quae ad iter Meccanum parata servabantur, hordeo, farina et cibariis. — Vigesimo ejus mensis die [Dec. 19] Carmathita, repentino Ibn Abus-Sadjum aggressus, multos ex ejus exercitu interfecit; multi alii in Euphrate mersi, ipse Ibn Abus-Sadj captus est. Cujus rei nuntius ubi Bagdadum pervenit, et incolae et exercitus et Chodjritae irritati ac tumultuati sunt, Moctadir tam aspere tractatus, ut ei diceretur: Cede loco tuo, ut ab alio occupetur, qui regnare imperiumque administrare sciat. Omnes incolae ripae occidentalis prae metu Carmathitae in ripam orientalem emigraverunt: terror et militum et
٣٠٩ civium et Sultani animos occupavit. Nazuc, praefectus praetorio, messores arundinum, ad portam Ambarensem incolentes, arundines intra Bagdad comportare jussit, ne Carmathita fossam arundine et terra oppleret eaque trajecta urbem invaderet. Deinde milites Ibn Abus-Sadji a clade reliqui Bagdadum venerunt, postquam in oppidis Savadensibus omnia iis obvia vastaverant et rapuerant. Exeunte mense Schevval [Dec. 28] Carmathita Ambar pervenit: pro-

ceres, qui ibi degebant, aufugerunt, Ambarenses Bagdadum descenderunt. — Quarto Dzulcadae die [a. C. 928 Jan. 1] Carmathita cum comitibus e loco, qui notus est nomine Bathicha, castra movit; magnus inde clamor ortus est. Ille vero, artificiis usus, per quae sibi naves comparavit, pontem construxit eoque Euphratem trajecit. Nazuc ad portas viarum Bagdadensium accurrit: portas Cuthrubull et Charb munivit, pontes portarum Al-Hadid [Ferreae], Charb [Belli] et Cuthrubull rescidit. Undecimo die ejusdem mensis [Jan. 8] cum Carmathita prope ad exercitum Munessi movisset, ad Acracuf, collem juxta Varradam fluvium, Muness pontem Varradae dissolvit. Vigesimo ejusdem mensis die [Jan. 17] Buleic cum comitibus et reliquiis copiarum Ibn Abus-Sadji ad impedimenta Carmathitae opprimenda profectus est, sed qui ad ea custodienda relicti erant, eum prohibuerunt: acerrimo proelio Buleic ad fugam compulsus est atque ٢٠٧
bene multi, qui cum eo erant, occisi sunt. Muness, ad quem fugitivi redierunt, circa fundum Umm Djafar a limite dextro ad locum, quem Farch Saa nominant, fossam duxit. Arabes vero per Savad dispalati incolas captivos abduxerunt, diripuerunt et trucidaverunt. Deinde ad viam Samarrensem conversi catervam mercatorum interclusam mercibus, quarum pretium ducenties mille nummi aurei erant, spoliaverunt, postremo Samarram ipsam die post sacrificiorum solennia [Febr. 7] oppresserunt.

Anno CCCXVI, nono die mensis Ramadhan [a. C. 928 Oct. 26], incolae arcis Ibn Hobeira Bagda-

dum descenderunt, magnoque per fora clamore sublato Bagdadensibus terrorem injecerunt eosque ab aperiendis tabernis retinuerunt. Magna populi turba iis juncta granarium e regione conclavis Sultani situm petierunt; eo combusto tholum, qui ibi erat, diruerunt atque Sultanum asperrime tractantes contumeliis affecerunt; hinc in curiam Baduriam se contulerunt ibique rationes publicas, quae a principio regni a Chalifa Chalifae traditae erant, igne deleruut; tandem clamantes et plorantes ad Sultani portam reversi sunt. Ibi quidam e servis domesticis iis auxilio venerunt, quibus elephantorum ductores cum elephantis diuturna fame emaciatis se junxerunt. Po-
٣٠٨ pulus ideo ploravit et ululavit: Proh Mohammed!

Anno CCCXVII, mense Moharrem [a. C. 929 Febr.], duces convenere, inter quos erant Abul-Heidja, Nazuc et Muness, epistolaque ad Chalifam missa ab eo postularunt, ut matrem, hujus sororem et ceteras mulieres, quae sibi jubendi ac vetandi jus arrogassent, e regia in domum Ibn Thahiri ablegaret. Ille vero eorum petito non respondit, quamobrem ii cum Muness ad Oratorium exierunt. Tum demum Moctadir splendidam legationem et schedam ad eos misit, in qua ipse scripserat, se omnia iis committere neque in ulla re, quam ab ipso peterent, voluntati eorum repugnare. In hoc acquieverunt, mox durius, quam antea, in eum consulturi. Die Veneris, id est, quarto decimo Moharremi [Febr. 27], post preces publicas in domum Chalifae irrumpunt et ad ipsum ejus conclave penetrant; inde eum, matrem et ma-

terteram ejus in Munessi domum transportant. Mohammedem, filium Motadhid, arcessunt, ei cognomen Cahir [Victoris] imponunt, et testibus adhibitis confirmant, Moctadirum se regno abdicasse rerumque summam fratri demandasse et sigillum regni ei tradidisse. Multi homines spoliationem et direptionem passi sunt, multae domus incensae. Die Solis [Mart. 1] Massaffitae motum cierunt: quos inter et Nazucum postquam verbis disceptatum est, ad ejus caedem properarunt, ministri autem in domo ejus servientes ad Abul Heidja Abdallah, filium Chamdan, ierunt eumque interfecerunt. Carceribus et majoribus ٣٠٩
et minoribus apertis omnes, qui ibi detinebantur, evaserunt. Moctadir ad domum regiam rediit, unde vasa, supellectilem, gemmas et aromata venum extulit, ut pecuniam inde collectam exercitui distribueret. Pleraque ex his duces emerunt, reliqua mercatores. — Vigesimo secundo die Schabanis [Sept. 29], die Mercurii, phaenomenon in aëre spectatum est igni simile. Mane posteri diei [Sept. 30] pedites Nigritas inter et Cairovanenses concursum est. Magna utrimque multitudine interfecta Nigritae Cairovanenses devicerunt. Multi homines passim per Bagdadum occisi sunt atque pedites et sentina plebis ab eorum partibus stans flagitia in incolas commiserunt. Mense Ramadhan [Octob.] exercitus contra Sultanum per aliquot dies tumultuatus est, qua re homines a negotiis forensibus impediti et victu privati sunt. Undecimo die Dzulhidjae [a. C. 930 Jan. 14] nonnulli Chodjritarum Ibn Moclam, Vezirum, interfecturi eum in ipsius domo

adorti sunt; Salama autem, frater Nadjachi, et nonnulli alii, vitis suis projectis eum morti eripuerunt.

Septimo die ejusdem mensis [Jan. 10] Carmathita Meccam invasit et homines in septo sacro ejusque templo promiscue occidit maximamque inter eos stragem edidit. Cum cadavera foetere coepissent, abjecta sunt in Zemzem puteum, donec hoc quoque oppleto fere tria millia corporum circa Caabam jacuerunt, quae post discessum Carmathitae ibidem
٣١٠ inhumata sunt. Ille XI dies ibi commoratus est; postquam autem discedere constituit, virgines DCC secum abduxit, Caabae portam abstulit, lapidem adorationis inde evellit, atque cum omnibus, quae in Caaba erant, ornamentis reliquiisque Prophetarum, item cum amiculo templi profectus est atque illa omnia in Bahrein reportavit, ubi lapis adorationis XII annos mansit; deinde pretio, quod quantum fuerit ignoro, venditus et loco suo in angulo Caabae restitutus est anno CCCXXIX, mense Dzulhidjae [a. C. 941 Sept.]. Anno CCCXVIII, die quarto Moharremi [a. C. 930 Febr. 5], caterva equitum, quae Nasritica vocatur, contra Sultanum tumultuata est. Quorum seditio latius serpsit eorumque vires firmatae sunt, cum plurimi equitum Bagdadensium iis se junxissent. Itaque Veziri aedibus ignem subjecere indeque rapuere quidquid ibi erat, pecuniam, supellectilem, jumenta. Deinde equites et Nigritae ad portam Ammar habitantes continuo inter se proeliati sunt: populus equitibus junctus iis contra pedites opem tulit, ita ut hi tandem gravissime mulcati sint.

Postea omnes Chodjritae, quibuscum equites faciebant, in domo Sultani convenerunt atque pedites Massaffitas sagittis inde exegerunt: tum equites in fugitivos ruunt et plerosque eorum interficiendo, vul- ٣١٧
nerando, mergendo, tollunt; reliqui mutatis vestibus fugam capiunt. Deinde equites cum populo portam Ammar cingunt, aedificia adjacentia incendunt, et quaecunque in peditum stativis inveniunt, rapiunt. Ibn Jacut equo conscenso in Tigride Chodjritarum manum disponit, ut peditum stativa in fundo Naschi et Hammalin [Baiulorum] et regione adjacente comburant. Domum Al-Deirani, principis peditum, atque domum privigni ejus diruit; opes inde raptae propalam in plateas abjectae sunt et per praeconem populo permissum est ut eas promiscue diriperent. Tot cadavera in Tigride supernatarunt, ut piscatoribus per aliquot dies a piscando abstinendum esset, et multi homines aquam Tigridis aversati ad bibendam aquam Euphratis confugerent. — Mense Redjeb [Aug.] Arabes, cum a regione portae Chorassanicae partem orientalem Bagdadi invasissent et medias in plateas prorupissent, incolas vestimentis, mercatores mercibus spoliarunt; deinde abierunt nec quisquam eos insecutus est; Mohammed Ibn Jacut vero portas viarum demum post solis ortum aperiri jussit. — Quarto die Dzulhidjae [Dec. 28] milites contra Vezirum tumultuati sunt, et cum in ipsum ejus conclave penetrassent, atramentarium, quod ante eum collocatum erat, ab- ٣١٨
stulerunt. Ille autem sine calceis et pallio fuga se subduxit atque actuariam navem, quae juxta aream ante

domum ejus religata erat, conscendit et medio in fluvio substitit. Hunc casum insecuta est rubedo in coelo apparens. — Die solis, decimo sexto die ejusdem mensis [a. C. 931 Jan. 9], in tecta atque vias Bagdadi arena rubra decidit, qualis in ea parte deserti arabici invenitur, quae Al-Habir appellatur.

Anno CCCXIX, mense Safar [a. C. 931 Mart.], equites, seditione contra Sultanum continuata, multo ac diuturno eum odio persecuti sunt. Institerunt ei, ut Ibn Jacutum a praefectura praetorii et Jacutum a munere cubicularii removeret. Hic tumultus per decem dies tenuit. Vigesimo secundo die ejus mensis [Mart. 16] pars militum ad domum Abul Ala Saïd ben Chamdan ben Chamdun accesserunt, ut eum ipsum ad tumultum educerent; is vero morbum causatus rogavit, ut se excusatum haberent. Tum in domum irrumpunt, ille autem ab iis fugit; hinc domo incensa abeunt. Populo iis juncto carceres in utraque urbis parte petunt eisque apertis captivos omnes emittunt et conclave praetorianorum in parte orientali comburunt. Hinc equites a populo discedunt et ad portam Sultani, quae nunc Populi nominatur,
٣١٣ profecti eam flammis tradunt. Nonnulli grassatores in domum irrupturi murum ejus perfodiunt, sed nocte obruti et tenebris dispersi abeunt. — Mense Djumadi posteriore continua per plateas Bagdadi incendia fuere: decimo nono ejus mensis in quadrato Balaschveih, deinde in vico Ibn Aldjassas, tum in vico Domus Ammar, tandem in Carchaia prope a Cantarat al-bimaristan (ponte nosocomii). — Se-

cundo die Djumadi posterioris equites tumultum cierunt gravissimum, qui ad diem decimum tertium mensis tenuit; deinde in populum grassati obvios vestimentis spoliabant. Eorum opera terribile incendium erupit in Cantarat al-schauk, deinde ad portam Syriacam, postea in duplici platea caementariorum multisque aliis locis. — Mense Schaban nuntius advenit, Deilemitas exercitum Ibn-al-Chali fugasse eumque usque ad fines Cholvanae persecutos esse. Qua fama perturbati homines aestuant; fora deseruntur. Arabes per totum Savad dispalati annonam auferunt, vicos opprimunt, mulieres captivas abducunt. — Vigesimo tertio ejus mensis die Carmathitam Cufae consedisse nuntiatum est. Incolae arcis Ibn Hobeira aufugerunt et auxilium implorantes Bagdadum intrarunt. Incolae perturbati negotia relinquunt et ad templa refugiunt, ubi aliquot dies omni cibo privati commorantur. Ea calamitas non desiit ante men- ۳۱۴
sem Ramadhan. Secundo ejus mensis die [Sept. 18] mercatores ad portam Carchensem tabernas clauserunt, vectigales solvere recusarunt, immo in quaestorem irruerunt eumque occiderunt, eos autem, qui in vinculis detinebantur, emiserunt. Decimo tertio hujus mensis die [Sept. 29] pedites tumultuantes, faciebus luto oblitis, in fora incursionem fecerunt et mercatores expilaverunt. — Mense Dzulhidja [Dec.] Dinavarenses magnis clamoribus auxilium rogantes, nigratis faciebus, Corani codices prae se ferentes Bagdadum affluxerunt atque Merdavidj Gilanensem promiscuam inter ipsos stragem

edidisse nuntiarunt. Quamquam vero auxilium implorare non desinebant, tamen preces eorum irritae erant. Tum Veziri portam adeunt, sed domestici eos sagittis repellunt. Die Sacrificii igitur [Dec. 23] in templum primarium conveniunt, et cum concionator in eo esset, ut pro Sultano solennes preces faceret, in eum insiliunt et magna vociferatione ejus concionem abrumpunt, civibus narrantes, quid perpessi essent, viris caesis et mulieribus in servitutem abductis. Qua re audita populus se iis adjunxit ad existimationem Sultani proscindendam et ad ipsos adjuvandos.

Anno CCCXX, mense Moharrem [a. C. 932 Jan.], Veziri domus et stabulum direpta sunt. Tumultus adeo crevit, ut Sultanus lectissimos satellites Chodjritas, Sadjitas ac Barbaros conjunctim ad domum illius custodiendam mitteret. Decimo die Djumadi
٢١٥ prioris [Mai. 20] turba Ispahanensium ad templum primarium occidentale Bagdadi tetendit. Hamzam, filium Abulcassim, in ipso suggestu, quem conscenderat, adoriuntur et a concionando retinent, ita ut etiam preces publicae eo die haberi non possent. Clamor crescit, populus tumultuantibus auxiliatur; tandem familiares Sultani in choro lapidibus petuntur; Hamza, filius Abulcassim, calantica de capite detracta, ex equo praeceps dejicitur; pugna inter populum et milites usque ad medium tempus pomeridianum tenuit. — Djumadi posteriore [Jun.] equites contra Sultanum tumultuati sunt. Ad Tigridem profecti, ibi actuarias et liburnicas comburunt et duces a navigando fluvio impediunt.

Haschemitae faciebus atratis cibaria postulantes et Famem! famem! clamitantes per vias discurrunt; Thalcha, filius Abulabbassi, pecudes mactatas et coctas cum pane inter eos distribui jussit. Populi furor ubi vehementius exarsit, seditionis auctores et ii, qui a partibus eorum stabant, capita detegunt raptisque variis ferramentis ad Pontem novum et ripas Saratis proelium committunt. Praefectus parti orientali equum conscendit et ad eos placandos advenit, sed nemo animum ad eum advertit. Equitum turma ad Portam populi discedit et equos mulosque, quos ibi invenit, trucidat. Haec inse- ۲۱۹
cuta est Moctadiri caedes in compito. Vestibus spoliatus cum nudus jaceret, pudenda ejus pugillo graminis tecta sunt. Hinc per tredecim annos multae res acciderunt, quae exemplo esse possunt, quas tamen, ne libri moles nimis augeretur, hoc loco non commemoravi.

Caput nonum.

De praefectis Chorassanae.

Cum octavum hujus libri caput tantum in iis rerum mutationibus versetur, quae imperantibus Abbassidis Bagdadi, in sede regia, acciderunt, Persae Chorassanenses autem ii fuerint, quorum opera excisis Omaiiadarum militibus, et oppidanis et scenitis, regnum ab his [Omaiiadis] ad illos [Abbassidas] translatum est: hoc caput historiae praefectorum Chorassanensium destinavi, proximum historiae praefectorum

Thabaristanensium. Harum autem regionum, non aliarum, historiam ad hunc librum adjunxi propter ea, quae gesta sunt a viris fortibus duarum illarum dynastiarum, ex quibus Chorassanensis prius condita est ab Abu Moslim, vindice dynastiae [Abbassidicae], Thabaristanensis serius ab Abul Hussein, filio Buveih, quorum uterque sui temporis heros fuit. Ac primum quidem ii, quorum opera condita est dynastia Cho-
٢٧ rassanensis [separatim recensentur], quia a scelerosis tyrannis poenas sumserunt. Profligarunt enim exercitum Omaiiadarum in Chorassana collocatum, reliquias militum Abu Sofiani et Mervanidarum, quorum principes [Omaiiadae] sacrosanctam Dei aedem [Meccanam] dirui jusserant, postquam machinis in illam directis ejus latera labefactaverant murosque dissolverant; qui [milites] pro illis [Omaiiadis] posteros Prophetae oppugnaverant eosque ad internecionem redegerant, postquam eos siti excruciaverant; qui deinde pro iisdem prolem Prophetae muliebrem laceratis velis in servitutem abduxerant, postquam in suggestibus Mohammedanis patrueli Prophetae publice maledixerant; qui porro illas mulieres populo spectante, ut in captivis infidelium fieri solet, ad Jezidem deduxerant; qui Arabibus Syriacis indoctis fucum facientes persuaserant, posteros Prophetae contra Imamos legitimos rebellasse et facta seditione a communione orthodoxa secessisse atque dignitatem Imami ei, qui ab antecessore ad illam designatus esset, eripere conatos esse, illum jure haereditario spoliare cupientes, quo is, qui ante Imamus fuisset,

illum digniorem judicasset quam istos. His artibus tandem effecerant, ut indocti illi eos maledictione et contumeliis onerarent iisque dicerent: Vae vobis, qui adversus Dei vicarium rebellantes ab institutis Prophetae et doctrina orthodoxa descivistis! Deinde prope centum annos [Omaiiadae] eos posterorum ۱۲۸
Prophetae, qui evaserant, in omnium odium adducere et societatem commerciumque eorum legibus interdicere perrexerunt: donec Deus iis impertivit collustratorem tenebrarum, Abu Moslimum, vindicem dynastiae [Abbassidicae], qui terram ab istis [Omaiiadis] purgavit et homines ab iis liberavit. — Deinde ii, quorum opera condita est dynastia Thabaristanensis (separatim recensentur), quia a terris islamicis pestem Carmathitarum repulerunt, regni sedem ab hominibus nequam et turbarum studiosis purgaverunt atque Baridaeos compescuerunt, qui dynastiae infesti reverentiam Chalifatus tollere atque instituta de tributis provincialibus mutare conabantur: quos Deus aeterni ignis aestu torreat!

Jam, juvante Deo, historiam praefectorum Chorassanae narrare incipiam.

Praefecti Chorassanae, ex quo primum ab Arabibus expugnata est usque ad haec tempora, tribus in urbibus sedem habuere: Mervae, Nissaburae, Bocharae. Merva principatus sedes mansit donec Abdallah, filius Thaheri, Chorassanae princeps factus est: is relicta Merva, Nissaburae consedit. Haec urbs deinceps principatus sedes mansit, donec Ismaël, filius Ahmed, filii Assad, praefecturam suscepit: is Bocharae habitare instituit.

Abu Moslim, translator imperii [ab Omaiiadis ad Abbassidas], medio mense Ramadhan a. CXXIX [a. C.
٢١٩ 747 Mai. 29] rerum potitus est; Mervae in palatio principali consedit die Lunae, decimo quinto mensis Rebi posterioris a. CXXX [a. C. 747 Dec. 25]. Profectus est ad eum Abu Djafar, frater Chalifae, ut eum cum suis sacramento obligaret. Qui postquam ab eo discessit, ipse ineunte Ramadhane anni CXXXVI [a. C. 753 Mart. 11] in Iracam ad Assaffah Abul Abbass, qui tum Ambare erat, profectus est. Eodem anno Abu Moslim iter sacrum fecit, praefecto panegyri Meccanae Abu Djafare. Postquam autem eo anno Assaffah mortuus est, Abu Djafar a sacro itinere in Iracam redux Abu Moslimum adversus Abdallah, filium Ali, patruum suum misit, quippe qui mense Safar anni CXXXVII [a. C. 754 Aug.] rebellionem parasset. Quem cum Abu Moslim die Martis, sexto Djumadi posterioris ejusdem anni [Nov. 26] debellasset, mense Redjeb [Dec.] in Chorassanam rediturus castra movit; in Cholvana autem, ubi die Jovis, decimo tertio Schabanis [a. C. 755 Jan. 31] substiterat, ab Abu Djafare nuntii ad eum venerunt, a quibus excitus vespere diei Martis, vigesimo quinto Schabanis [Febr. 12] ad illum Madaïnam reversus est; postero vero mane, die Mercurii, vigesimo sexto Schabanis [Febr. 13] a. CXXXVII jussu Abu Djafaris interfectus est.

Hac caede perpetrata Al Mansur *Abu Davud Chalidum,* filium Ibrahim, Dzoheilitam, qui in Tho-
٢٢٠. charistana degebat, literis ad eum datis praefectum

Chorassanae designavit. Itaque ille Mervam profectus in hac urbe advenit die Lunae, septimo Schevvalis [Mart. 23] a. CXXXVII ibique usque ad mortem, quae in diem Veneris, septimum Rebi prioris a. CXL [a. C. 757 Jul. 29] incidit, principatum tenuit.

Hinc *Abu Essam Abdurrahman*, filius Salim, praefectus praetorio Chalidi, rerum in Chorassana potitus est, quas XIII menses administravit. Ceterum Deus quae in rebus vera sunt optime novit.

Deinde *Abdul Djabbar*, filius Abdurrahman, Azdita, Mervam profectus illuc venit die Saturni, decimo quarto Rebi posterioris a. CXLII [a. C. 759 Aug. 13], quo tempore Chazim, filius Chozeimae, Dendanacanae erat. Abdul Djabbar abjecta obedientia gravia facinora commisit, quapropter Al Mahdi, ad chalifatum designatus, Nissaburam venit atque Chazim, filium Chozeimae, adversus eum misit. Captus est et traditus Al Mahdio, qui Chazimum Mervae praefecit et ipse Rhagem repetiit. Ibi ad annum CXLIV [a. C. 761] mansit, deinde Bagdadum rediit; hinc anno CXLVI [a. C. 763] rursus Rhagem venit, ubi ad annum CLI [a. C. 768] mansit. Bagdadum denuo redux Al Hadi filium suum in Djordjanam ablegavit anno CLXVII [a. C. 783]. Ceterum Deus ١٣٤
melius novit.

Chazim, filius Chozeimae, Mervam venit die Jovis, undecimo Rebi prioris a. CXLIII [a. C. 760 Nov. 27].

Deinde Chorassanam administravit *Abu Aun Abdul Melic*, filius Jezid, qui Mervam venit anno CXLVI

[a. C. 763] eique praefectus sex annos mansit. Ceterum Deus melius novit.

Tum *Abu Malic Assid*, filius Abdallah, Chozaïta, Almansuris jussu Chorassanam administrandam suscepit atque Al Mahdio fidem et obedientiam praestari jussus est; mense Ramadhane anni CXLIX [a. C.
* 766 Nov.] Mervam venit ibique ad mortem, quae in mensem Dzulhidjam proximi anni [a. C. 767 Dec.] incidit, principatum tenuit.

Chazim, filius Chozeimae, iterum provinciae praefectus, adversus Loghariam (?) expeditionem suscepit anno CLI [a. C. 768]. Ceterum Deus melius novit.

Successit *Chomeid*, filius Cachthabae, qui die Saturni, secundo Schabanis [Aug. 20] a. CLI Mervam venit ibique mansit usque ad mortem, quae in diem Solis, primum diem Schabanis a. CLIX [a. C. 776 Mai. 25] incidit. Ceterum Deus melius novit.

Postea *Abdallah*, filius Homeid, literis in ejus locum designatus, munere per sex menses functus est.

۲۳۳ Iterum praefectus est *Abu Aun*, pro quo Abdallah, ejus filius et vicarius, in provinciam venit die Lunae, decimo quinto Safaris a. CLX [a. C. 776 Dec. 1].

Deinde Chorassanam administravit *Moadz*, filius Moslim, usque ad tempus quo cum exercitu ad oppugnandum Almocannam missus est: cujus vicarius, Salam, filius Salim, die Jovis, vigesimo tertio Rebi posterioris a. CLXI [a. C. 778 Jan. 27] Mervam venit. Rediit Moadz mense Djumadi priore [Febr.].

Deinde *Zoheir*, filius Almosseiiab, Dhabbita,

praefectus Mervam venit die Martis, tertio Djumadi posterioris a. CLXIII [a. C. 780 Febr. 13].

Huic successit *Alfadhl*, filius Soleiman, *Abul Abbas*, Thusensis, pro quo primum Saïd, filius Bischr, ejus vicarius, die Lunae, vigesimo quinto Moharremi a. CLXVI [a. C. 782 Sept. 8] Mervam venit; postea Alfadhl ipse die Lunae, quinto Rebi posterioris [Dec. 15]. Eo praefecto mortuus est primum Al Mahdi, deinde Al Hadi.

Jussu Arraschidi successit *Djafar*, filius Mohammedis, *Al Aschath*, Chozaïta; cujus vicarius Al Abbass, filius Djafaris, Mervam venit die Veneris, decimo nono Dzulhidjae a. CLXX [a. C. 787 Jun. ٢٢٣
10], biduo post Neuruz; deinde Djafar ipse die secundo Moharremi anni proximi [Jun. 22]. Expeditione in Thocharistanam suscepta et exercitu in Cabulistanam misso, Mervam rediit ibique XV dies commoratus est; tandem Iracam repetiit die Lunae, quarto Ramadhanis a. CLXXIII [a. C. 790 Jan. 24].

Huic successit *Al Hasan*, filius Cachthabae, qui in provinciam praemisit vicarium suum. Is vero postquam in Irschehr advenit, a munere remotus rediit. Tum Al Abbass quoque, filius Djafaris, rediit atque Bagdadum venit mense Schevval [Febr.] a. CLXXIII. Ceterum Deus melius novit.

Post hunc *Ghithrif*, filius Atha, Chorassanae, Djordjanae et Sedjestanae praefectus est; vicarius ejus, Davud filius Jezid, praemissus advenit die Martis, decimo Ramadhanis a. CLXXV [a. C. 792 Jan. 8].

Successit *Hamza*, filius Malic, Chozaïta. Ab

eo praemissus, Mohammed, ejus filius, Mervam venit die Saturni, quinto Moharremi a. CLXXVII [a. C. 793 Apr. 21], pater ipse die Mercurii, vigesimo Safaris [Jun. 5].

Post hunc *Alfadhl*, filius Jachjae, filii Chalid, Chorassanae, Sedjestanae, Djordjanae et regioni Al
٢٢٤ Djebel praefectus est; cujus vicarius Jachja, filius Moadz, Mervam venit die Saturni, decimo tertio Ramadhanis [Dec. 21] a. CLXXVII, Alfadhl ipse die Solis, septimo Safaris a. CLXXVIII [a. C. 794 Mai. 13]. Is postquam mensem Mervae mansit, via Balchensi abiit Samarcandam; redux Mervae aliquot dies mansit; tum die Veneris, septimo Rebi prioris a. CLXXIX [a. C. 795 Mai. 30] provincia decessit, et Chorassanae praefectus est *Amr*, filius Hamal, qui ibi novem menses munere functus est.

Successor ejus, *Mansur*, filius Jezid, filii Alchalid, *Al Mahdi*, advenit die Martis, decimo sexto Dzulhidjae a. CLXXIX [a. C. 796 Mart. 1].

Successit *Djafar*, filius Jachjae, filii Alchalid, qui in provinciam misit vicarium Ali, filium Alhassan, filii Cachthabae. Arraschid, qui administrante Djafare regnare coepit, eum removit.

Post hunc fuit *Ali*, filius Issae, filii Mahan, a quo praemissus Jahja, filius et vicarius ejus, Mervam venit die Jovis, secundo Djumadi posterioris a.
٢٢٥ CLXXX [a. C. 796 Juli 24]. Biennio post in Iracam profectus est, Arraschidum Rhage visurus, die Jovis, decimo tertio Djumadi prioris a. CLXXXIV [a. C.

800 Jan. 13], tandem Mervam rediit anno CLXXXIX
[a. C. 804]. Ceterum Deus melius novit.

Deinde iis regionibus, quae ab Ali, filio Issae,
administratae fuerant, praefectus est *Harthama*,
filius Aian, qui Mervam venit die Lunae, vigesimo
primo Rebi posterioris a. CXCII [a. C. 808 Mart. 23],
ibique dies XLV commoratus est; deinde copiis col-
lectis Balch petiit, die Jovis, quinto Djumadi poste-
rioris [Mai. 5]. Postquam quatuor dies stativa habuit,
die Lunae [Mai. 9] profectus est et Alin ad Arraschi-
dum misit die Jovis, vigesimo sexto Djumadi prioris:
is profectus est die Lunae, vigesimo altero Djumadi
prioris, anno CXCII. Ceterum Deus melius novit.

Ineunte anno CLXXXVIII [a. C. 803 Dec. 19]
Arraschid *Almamuni* non solum Chorassanam, Se-
djestanam, Djordjanam, Thabaristanam, Ruian, Denia-
vend et Rhagem in quinquennium administrandas tra-
didit, sed etiam quid de fratre ejus Alcassim, filio
Arraschid, qui Al Mutaman appellabatur, statuendum
esset, arbitrio ejus permisit, ut, si vellet, illum
successorem designaret, si nollet, alium. Eodem
anno Arraschid *Abdallah*, filium Malec, filii Ha- ١٣٩
schem, eis regionibus praefecerat, quae inter Choras-
sanam et Djordjanam sitae usque ad urbes Dinavar
et Nehavend pertinent. Almamun die vigesimo Dju-
madi prioris a. CXCIII [a. C. 809 Mart. 11] Mervam
venit ibique mansit, donec a principatu ad chalifa-
tum promotus est. Obiit autem Arraschid in urbe
Thuss XIII diebus postquam illuc venerat, die tertio
Djumadi posterioris [Mart. 24]. Omnino igitur Al-

mamum IX annos Mervae degit; tum profectus est in Iracam mense Rebi posteriore a. CCII [a. C. 817 Oct.]; in itinere autem biennium fuit. Quamdiu pater Arraschid et frater Alamin in vivis erant, nomen Imami gerebat, propterea quod ad successionem in chalifatu designatus erat; cum vero Thaher, filius Hussein, dux exercitus Almamunis, cum Ali, filio Issae, filii Mahan, duce exercitus fraterni, congressus eum interfecisset, Almamun, de hujus clade certior factus, nomen Principis fidelium sumsit. Harthama, filius Aian, cum copiis Iracam versus fugit, postquam Almamum eum a rerum Transoxanarum administratione removit et *Jachja*, filium Moadz, filii Moslim, in ejus locum substituit, anno CXCV [a. C. 811].

١٣٧ *Alfadhl*, filius Sahl, ab Almamune mense Redjeb a. CXCVI omnibus provinciis Orientis, hoc est in longitudinem a montibus Hamadanae ad fines Tibeti, in latitudinem a mari Thabaristanensi ad Indicum, praefectus est. Alfadhl autem Jachja, filium Moadz, Transoxanae regionibus vicarium constituit. Ceterum Deus melius et certius scit.

Almamun cum relicta Chorassana in Djordjanam venisset, anno CCIII [a. C. 818] *Radjae*, filio Dhachac, provincias Chorassanenses commisit, praeter Transoxanicam; postea *Ghassani*, filio Abbad, Chorassanam, Sedjestanam, Kirman, Djordjanam, Thabaristanam, Ruian, Deniavend et Cumess, quarum provinciarum administratione biennium complevit. Ceterum Deus melius scit.

Thaher, filius Alhussein. Almamun cum anno CCIV [a. C. 819] Bagdadum pervenisset, ibi provincias ordinavit; postquam autem anni proximi maxima pars praeterlapsa est, omne studium in Chorassanam convertit atque Thaherum omnibus terris, quae ab urbe Bagdadensi ad extremas Orientis provincias patent, praefecit, hoc est, Chorassanae, Sedjestanae, Kirman, Djordjanae, Cumess, Thabaristanae, Ruian, Deniavend et Rhagi, quo accessit praefectura praetorii Bagdadensis, quam jam habebat: haec omnia ei administranda rite demandavit mense sacro Ramadhane a. CCV [a. C. 821 Febr.]. Thalcha, filius Thaheri, ۱۳۸
prime agmini exercitus paterni praefectus, illuc praecessit, ipse ejusdem anni mense Dzulhidja, die post festum Sacrificii, eodem profectus Mervam intravit ineunte anno CCVI [a. C. 821 Jun. 5] ibique usque ad mortem commoratus est, quae incidit in diem Saturni, vigesimum septimum Djumadi posterioris a. CCVII [a. C. 822 Nov. 16].

Thalcha, filius Thaheri. Almamun cum nuntium de morte Thaheri accepisset, Abdallahum, filium Thaheri, qui tunc Raccae erat, literis ad eum datis provinciis paternis praefecit, quo accessit Mesopotamiae, Syriae, Aegypti et Africae praefectura, quam jam habebat; simul Thalcham, filium Thaheri, illius fratrem, in administratione Orientis vicarium ejus constituit; quamquam Thalcha dehinc non Abdallahi fratris nomine, sed suo ad Almamunem literas dabat. Mansit igitur Thalcha illarum provinciarum praefectus per quinquennium, donec mortuus est die Solis, vigesimo

septimo Rebi prioris a. CCXIII [a. C. 829 Jun. 14]. In singulis provinciis regendis vicarios adscivit eos quos volebat Abdallah frater; summae rerum praefecit Mohammedem, filium Chomeid, Thaheridam, successorem autem designavit Ali, filium Thaheri, fratrem. Ceterum Deus melius novit.

Abdallah, filius Thaheri. Cum nuntius de morte Thalchae fratris ad Abdallah Bagdadum perlatus esset, Ali, filium Thaheri, fratrem, misso ad eum Thahero, filio Ibrahim, cubiculario suo, omnibus, quae Thalcha administraverat, praefecit. Postea Almamun Abdal-
۲۳۹ laho, filio Thaheri, anno CCXII [a. C. 827] addidit Rhagem, Thabaristanam, Ruian et Deniavend. Eodem anno Abdallah, filius Thaheri, Aegyptum recepit, postquam Obeid, filius Assari, in ejus fidem venit et Aegyptum ei tradidit; quo facto Abdallah eum ad Almamunem misit. Jam anno CCVIII [a. C. 823] Almamun Abdallahum in Mesopotamiam et Syriam legaverat ad oppugnandum Nasr, filium Scheib, Ocailidam, qui earum provinciarum incolas ad seditionem commoverat. Abdallah igitur contra eum istosque latrones bellum ita gessit, ut eos tandem opprimeret et seditionis auctores ad Almamunem mitteret. Deinde Abdallah, filius Thaheri, Issam, filium Jezid, Djaludaeum, in Aegypto vicarium constituit atque Bagdadum revertit exeunte anno CCXII [a. C. 828 Mart.]. Postea vero Almamun Abdallahum a praefectura provinciarum Occidentis removit substituto in ejus locum Abu Isaac Mohammede, filio Arraschidi, fratre suo, cui eam praefecturam rite

demandavit die Saturni, septimo Ramadhanis [Nov. 20] a. CCXIII. Deinde Almamun ipse in Aegyptum profectus est die Lunae, decimo Djumadi prioris a. CCXIV [a. C. 829 Jul. 12]; ubi cum fratre Mohammede, filio Arraschidi, mense Moharremo a. CCXVII [a. C. 832 Febr.] advenit. Abdallahum autem, filium ٢٢٣.
Thaheri, miserat ad debellandum Babecum et praefectos Chorassanae et nomorum Gilanensium. Ille igitur die Lunae, vigesimo sexto Djumadi posterioris a. CCXIV [a. C. 829 Aug. 26] Bagdado profectus in urbe Deinavar constitit, ac fratrem Mohammedem, filium Thaheri, vicarium in praefecturas Chorassanicas et in reliquos nomos, qui ad eas pertinebant, misit. Deinde Almamun Abdallahum literis ad eum datis in Chorassanam proficisci jussit, cum Charedjitas illic latius diffusos tractu Nissaburensi aliisque potitos esse accepisset. Ab administratione Adzerbeidjanae et nomorum Gilanensium et belli adversus Babecum gerendi eum removit in ejusque locum substituit Ali, filium Hischam. Itaque Abdallah, filius Thaheri, in Chorassanam profectus in nomo Irschehr consedit, inde urbem Nissabur occupavit et Mervae substitit mense Redjeb a. CCXV [a. C. 830 Sept.], ubi belli adversus Charedjitas gerendi causa sedem fixit. In praefectura praetorii Bagdadensis Isaacum, filium Ibrahim, filii Mossab, vicarium sumsit; ipse praefecturam Orientis non modo per reliquum tempus Almamunis, sed etiam regnante Motassemo et ab initio regni Alvatheci gessit, donec mortuus est

die Mercurii, decimo Rebi posterioris a. CCXXX [a. C. 844 Dec. 24]. Ceterum Deus melius novit.

٢٣١ *Thaher*, filius Abdallahi. Cum Abdallah praefectus provinciis Orientis vita decessisset, Thaher, filius Abdallahi, provinciis, quas pater administraverat, praefectus est. Ex Thabaristana, ubi tunc erat, se contulit in Irschehr. In praefectura praetorii Bagdadensis vicarium habuit Isaac, filium Ibrahim, cui commissa est administratio Persidis et Savadi, et quod ad rem militarem et quod ad reditus attinet; quaestor ejus in Perside erat Mohammed, filius Ibrahim. Mansit igitur Isaac vicarius Thaheri, filii Abdallahi, usque ad annum CCXXXVI [a. C. 850]; tum vicarius ejus in praefectura praetorii factus est Abdallah, filius Isaac, filii Ibrahim, cui commissa sunt praesidia Bagdadi, Samarrae, Vassethi et Savadi, usque ad annum CCXXXVII [a. C. 851]; deinde in praefectura praetorii Bagdadensis vicarius Thaheri, filii Abdallahi, factus est frater ejus Mohammed, filius Abdallahi, filii Thaheri, cui Bagdadi, Samarrae, Vassethi, Savadi aliorumque nomorum ad Tigridem sitorum praesidia commissa sunt.

Mohammed, filius Thaheri. Regnante Almontassiro [Almostaino], die Lunae, vigesimo tertio mensis Redjeb a. CCXLVIII [a. C. 862 Sept. 22], Thaher, filius Abdallahi, filii Thaheri, mortuus est ejusque loco filius, Mohammed, filius Thaheri, filii Abdallahi, omnibus iis, quae pater administraverat, praepositus est, excepta praefectura praetorii Bagdadensis; hac enim solus suo arbitrio functus est Mohammed, filius

Abdallahi, filii Thaheri, qui praefectus praetorio et Iracae mansit, donec mortuus est tempore Almoezzi. ٢٣٢ Tum Almotazz Mohammedi, filio Thaheri, praefecturam praetorii reddidit, adjecta administratione Chorassanae; in qua Obeidallah et Soleiman, filii Abdallahi, filii Thaheri, ejus vicarii fuerunt. Deinde vero provinciae adversus Mohammedem, filium Thaheri, rebellaverunt. Prima fidem exuit Sedjestana, tum Thabaristana, tum Rhages. In Sedjestana seditionem fecit miles quidam voluntarius, Dirhem, filius Alhassan, cujus exercitui praefuit Jacob, filius Alleith, Assaffar [Aeramentarius]. Cum Dirhem exercitui suo regendo impar esset, socii autem ejus res suas a Jacobo, filio Alleith, melius regi et gubernari intellexissent, a Dirhemo desciverunt seque ad illum applicuerunt, quo facto Dirhem ei rerum summam tradidit et ab exercitu discessit. Sedjestana jam antea, cum Thaher, filius Abdallahi, eam administraret, a Thaheridis ita defecerat, ut Salich, filius Annasr, Kinanida, ex urbe Bost oriundus, cum Jacobo, filio Alleith, filii Hatem, junctus ea potiretur, quae rerum conversio initium habuit die Saturni, vigesimo secundo Dzulhidjae a. CCXXXIX [a. C. 854 Mai. 23]. In Thabaristana mense Ramadhan a. CCL [a. C. 864 Oct.] rebellavit Alhassan, filius Zeid, Alida, et Soleimanem, filium Abdallahi, filii Thaheri, inde expulit. Rhage ejusdem anni mense Dzulhidja rebellavit Mohammed, filius Djafar, Hosseinida, a quo fugam cepit Mohammed, filius Ali, filii Thaheri, ٢٣٣ qui ibi Mohammedis, filii Thaheri, quaestor erat.

Paulo post Cazvini adversus eundem rebellavit Alcaucabi, Hosseinida, mense Rebi priore a. CCLI [a. C. 865 Apr.], a quo fugam cepit Obeidallah, filius Abdallahi, filii Abdulvahhabi, Thaherida, qui ibi Mohammedis, filii Thaheri, quaestor erat. Anno CCLIV [a. C. 868] Mohammed, filius Thaheri, a Mussa, filio Boghae, Rhage decedere coactus est; tame nChorassanae administrationem et praefecturam praetorii Bagdadensis XI amplius annos cum II mensibus et X diebus retinuit, donec Jacob, filius Alleith, Nissaburam venit eumque ipsum cepit die Solis, tertio Schevvalis a. CCLIX [a. C. 873 Aug. 1].

Jacob, filius Alleith. cum Chorassana potitus esset, Almotamid Obeidallahum, filium Abdallahi, filii Thaheri, praetorio Bagdadensi praefecit praefectumque sivit donec Mohammed, filius Thaheri, e captivitate Jacobi, filii Alleith, liberatus est ita, ut hic ab exercitu Almotamidis fugaretur die Solis, nono mensis Redjeb, sive die Din mensis Isfendarmed a.
۲۳۴ CCLXII [a. C. 876 Apr. 9]. Cum Mohammed, filius Thaheri, Bagdadum venisset, Almotamid praefecturam praetorii ei reddidit, Obeidallahum autem, filium Abdallahi, inde removit. Ac praefecturae quidem hae vices fuerunt; quod autem ad Chorassanam attinet, ea turbas civiles passa est ejusque administratio inter plures in partes ivit. Transoxanam a principio tenuit Nasr, filius Achmed, filii Assad, filii Saman, qui eam provinciam a Thahero acceptam per XIX annos administravit, donec mortuus est a. CCLXXIX [a. C. 892]. Successit ei in eadem provincia frater Ismaël,

filius Achmed, filii Assad. Urbem Balch a principio tenuit Abu Davud Mohammed, filius Achmed, [filii Haschem], filii Nahdjur, cui ad eam praefecturam addita sunt Thocharestan, Chotlan, Buzdjan et Tirmid. Nissaburam a fratre Mohammede, filio Thaheri, administrandam accepit Alhussein, filius Thaheri, filii Abdallahi. Itaque iter illuc ingressus est, sed sine pecunia et militibus. Cum Ispahanam venisset, cui praeerat Dolaf, filius Abdulaziz, dubius haesit, utrum cum subsidiis tam exiguis pergeret, an retro cederet. Tum Cuschad, filius Schahi-merdan, ejus rem tanto studio suscepit, ut Dolaf, filius Abdulaziz, ad auxilium ei praestandum permotus eum ad iter continuandum adigeret atque ipse cum eo proficisceretur. Nissaburam venit die Lunae, vigesimo secundo Safaris a. CCLXIII [a. C. 876 Nov. 13], sive die Din mensis Mihr. Inde Cuschad ab eo in Transoxanam legatus adiit Nasrum, filium Achmed, a quo auxilium peteret, sed nihil tale, nec pecuniam nec milites, ab eo impetravit. Cum igitur ad Alhussein rediisset, hic, qui se frustra diutius ibi haesurum esse intelligeret, inde decessit, Cuschadem autem principibus Chorassanae praepositum ibi reliquit.

Amr, filius Alleith, postquam Jacobus frater a. CCLXV [a. C. 878] in Chuzistana Djondeisaburae obiit, Sultano se submisit, qui eum praetorio Bagdadensi et Chorassanae ceterisque provinciis ad illam adjectis, quas Thaheridae habuerant, rite praefecit. In praetorio Bagdadensi Amr vicarium sibi substituit Obeidallahum, filium Abdallahi, filii Thaheri, qui

illam praefecturam Mohammedi, filio Thaheri, ademtam accepit mense Safare a. CCLXVI [a. C. 879 Sept.] Amr ipse eodem anno in Chorassanam venit, ubi adversus eum profectus est Achmed, filius Abdallahi, Chodjestanensis, qui proelio ad Nissaburam commisso, die Jovis, vigesimo quarto Dzulcadae [a. C. 880 Jul. 6] Amrum in Sedjestanam fugere coegit. Hinc per biennium Amr Chorassanam sibi vindicare, ut suo nomine administraretur, omni arte studuit, sed eam inexpugnabilem expertus est.

Deinde a. CCLXXVIII [a. C. 891] Chorassanae
٢٣٩ praefectus est *Rafi*, filius Harthamae, per quem res hujus provinciae, quae Amri nomine ab eo administrabatur, aliquanto melius ordinatae sunt. Deinde Amr, filius Rafi, inde decedere coactus est mense Schevval a. CCLXXIX [a. C. 893 Jan.].

Deinde Rafi ex Chorassana cedere coactus est ab *Amr*, filio Alleith, iterum rerum potito, qui illuc venit mense Safare [Apr.] a. CCLXXX ibique permansit, donec Ismaël, filius Achmed, filii Assad, eum in urbe Balch cepit a. CCLXXXVII [a. C. 900].

Ismael, filius Achmed, filii Assad, praefectus est Chorassanae additis praefecturis finitimis, quae olim in potestate Thaheridarum erant, easque tenuit usque ad mortem, quae in Safarem a. CCXCV [a. C. 907 Nov.] incidit. Eodem anno Almoctafi quoque de vita decessit. Ceterum Deus melius novit.

Deinde *Achmed*, filius Ismaëlis, ad mensem Schevval anni CCCI [a. C. 914 Mai.], quo interfectus est, principatum tenuit.

Postea *Nasr*, filius Achmed, filii Ismaëlis, provincias occupavit, quae in ditione paterna et avita fuerant; plus XXX annos rerum summam tenuit atque obiit anno CCCXXXI [a. C. 942]. Ceterum Deus melius novit.

Tum *Nuch*, filius Nasr, XII annos et aliquot ٣٣٧
menses regnavit; mortuus est mense Rebi posteriore a. CCCXLIII [a. C. 954 Aug.].

Post eum *Abdul Melic*, filius Nuch, filii Nasr, Chorassanam administravit. Natus erat anno CCCXXIV [a. C. 925]; stellae hora ejus natali ascendentes fuerant: Venus in Piscibus, Jupiter in Sagittario, et Saturnus, quantum conjicere licet, in Ariete. — Assad, filius Samanis, ex pago quodam Balchensi, nomine Saman, oriundus, quatuor filios habebat: Nuch, Achmed, Jachiam, Eliam. Cum Almamun e Chorassana in Iracam proficisceretur, Nuch, filius Assad, eum illuc comitatus est ac per plures annos tam assiduum ei se praebuit, ut Transoxanam auspiciis Thaheridarum ab eo regendam acciperet. Quo mortuo, in ejus locum successit frater ejus Achmed, filius Assad; post hujus mortem Nasr, filius Achmed, filii Assad; atque hoc defuncto frater Ismaël, filius Achmed, filii Assad, in ejus locum suffectus est. Gesserunt igitur et ii, qui Ismaelem antecesserunt, et Ismaël ipse praefecturam Transoxanicam auspiciis Thaheridarum per maximam partem illorum annorum, a medio regno Almamunis ad annum CCLXXXVII [a. C. 900], id est circiter LXX annos; ab eo tempore autem usque adhuc exacti sunt anni LXIV. Ceterum Deus melius novit.

۴۳۸ ## Caput decimum.

De historia praefectorum Thabaristanae.

Cum Thabaristana plures nomos contineret, quorum unus erat ager Deilemitarum, hi autem a Persis Curdi Thabaristanae, sicuti Arabes ab iisdem Curdi Chuzistanae, i. e. Iracae, appellarentur: passim in libris de Expugnationibus et in codicibus de historia dynastiae Abbassidicae scriptis illo nomine commemorantur. Ex eo genere librorum petita est narratio, quam Ali, filius Hischam, retulit auctore Cassim, filio Soleiman, Nissaburensi, qui eam a Moadz, filio Moslim, acceperat his verbis: „Almansur, ab Abu Moslim, vindice dynastiae [Abbassidicae] qui Mervae habitabat, revertens, postquam a fratre Abul Abbas Assaffach illuc ad Abu Moslim ejusque asseclas sacramento obligandos missus fuit, cum Nissabura egressus ad locum quendam inter Adjrin et Simnan pervenisset, ad montes inter Cumess et Thabaristanam sitos conversus me rogavit: Heus, Moadz, qui sunt hi montes? O Princeps, respondi, quem Deus potentia augeat, sunt montes Thabaristanae. Adducit ille vultum turbatusque diutius conticet. Rursus ego: Quid te, o Princeps, tam graviter affecit? Tum ille: Doloris, inquit, quo animus flagrat, causa haec est, quod eo usque tantum potestate crescent Abbassidae, imperium exercentes, non patientes, donec trans hos montes exsurget dynastia arabica, cujus satellites et

administratores erunt Barbari hujus regionis; postea ۲۳۹
in barbaricam convertetur et ab aliis ad alios migrabit, tandem in quadam istorum gente consistet: tum vero Abbassidae imperium pati discent." Paucis annis post, a. CXLIV [a. C. 760] Thabaristana duce Abul Chassib expugnata est. Almamun enim illo effato, quod Moadz, filius Moslim, ab eo retulit, ipse tam vehementer commotus erat, ut omni studio in Thabaristanam converso eam Ispehbedo Churschid, filio Dadbuzurmihr, filii Farchan, filii Dadbuh, filii Kilidae Gilanensis, eriperet.

Alhassan, filius Zeid. Mansit igitur Thabaristana CVI annos cum II mensibus et XXI diebus in potestate principum Abbassidicorum, donec Alhassan, filius Zeid, Alida, cum satellitibus suis e Deilem territorium urbis Thabaristanicae Amol invasit die Lunae, vigesimo tertio Schevvalis a. CCL [a. C. 864 Nov. 27]. Post regnum XIX annorum, VIII mensium et VI dierum mortuus est die Lunae, tertio mensis Redjeb a. CCLXX [a. C. 884 Jan. 4] sive mense Schahriver, die Bad. Ceterum Deus melius novit.

Mohammed, filius Zeid, illius frater, per XVII annos imperium tenuit, de quo per triennium cum eo contendit Rafi, filius Harthamae, qui eandem ۲۴۰
illam urbem Amol invaserat die Solis, vigesimo Rebi prioris a. CCLXXXVII [a. C. 890 Jul. 12]. Jam prius Jacob, filius Alleith, cum Alhassan, Mohammedis fratre, de imperio contendens Sariam, urbem Thabaristanicam, invaserat die vigesimo secundo men-

sis Redjeb a. CCLX [a. C. 874 Jun. 12] sive mense Ardibeheschit, die Hormuzd.

Mohammed, filius Harun, Djordjanam invasit jussu Ismaëlis, filii Achmed, filii Assad; Mohammed vero, filius Zeid, copiis obviam eductis eum interfecit et Zeid, ejus filium, cepit die Veneris, quinto Schewwalis a. CCLXXXVII [a. C. 900 Oct. 1] sive mense Schahriver, die Asman.

Ismaël, filius Achmed, Mohammedem, filium Harun, ulturus Thabaristanam invasit a CCLXXXVIII [a. C. 901] eaque provincia rursus in potestate principum Chorassanicorum fuit XIII annos et quod excurrit.

Tum *Annasir* agrum Deilemitarum invasit cumque XIV annos tenuit, Deilemitas et Gilanenses ad religionem Mohammedanam traducere studens; postea inde Thabaristanam versus profectus est, ubi ei Soluk Samanida, amicus et consanguineus principis Chorassanici, ad urbem Djalus occurrit: qui tamen commisso proelio in fugam conjectus est atque ex Chorassanensibus ad septem millia caesi. Tum Annasir urbem Amol intravit mense Djumadi posteriore anni
۲۴۱ CCCI [a. C. 914 Jan.], quo facto Thabaristanam II annos, III menses et aliquot dies rexit. Obiit mense Schaban a. CCCIV [a. C. 917 Febr.], natus annos LXXIX. Post eum Thabaristana in potestate Alidarum mansit annos XII, deinde regnum ab iis ad Deilemitas transiit. Ceterum Deus melius novit.

Eripuit autem illis [Alidis] imperium *Asfar*, filius Schirveih, cum Alhassan, filium Cassim, Addaï [Vo-

catorem populi ad partes Alidarum] in Thabaristana oppetiisset eique bellum intulisset, quo eum interfecit opera Merdavidji, filii Ziad, Gilanensis, qui tunc unus e ducibus Asfaris erat, die Martis, vigesimo quarto Ramadhanis a. CCCXVI [a. C. 926, Dec. 9]. Tum Asfar urbem Amol cum signis nigris intravit atque in suggestu sacro preces solennes fecit pro Nasr, filio Achmedis, filii Ismaëlis, principe Chorasanae. Illo die Asfar magnum numerum Alidarum promiscue occidit. Tum imperium Thabaristanae ab Alidis ad Deilemitas translatum in quadam horum tribu constitit, cui nomen erat Vardad Avendan, gestum autem est ab Asfar, filio Schirveih. Postquam aliquamdiu apud illos mansit, ab iis ad Gilanenses transiit.

Imperium a Deilemitis ad Gilanenses translatum gessit *Merdavidj* Gilanensis, qui regnare coepit die
Jovis, sexto decimo Dzulcadae a. CCCXIX [a. C. 931, ۱۴۲
Dec. 24] sive mense Adzer, die Aschtad, et principatum Deilemitarum et Gilanensium tenuit annum I, menses III et dies aliquot ultra XX.

Ali, filius Buveih, Ineunte hoc tempore nova Ispahanae contigerat Deilemitis potestas, quam tenebat tribus eorum Schirzil Avendan, gerebat autem Ali, filius Buveih. Hic igitur, urbis regimen adeptus, inde copiis in Persidem ductis eam sibi subiecit. Initium cepit ejus imperium Ispahanae die Solis, undecimo Dzulcadae a. CCCXXI [a. C. 933, Dec. 3] sive mense Aban, die Chordad. Anno et aliquot mensibus post Merdavidj Ispahanae interfectus est

die Martis, tertio Rebi prioris a. CCCXXIII [a. C. 935, Jan. 19] sive mense Behmen, die Aban, secundum computationem persicam.

Aliquot diebus post Ispahanae regnare coepit *Alhassan*, filius Buveih, die Lunae, primo Rebi posterioris a. CCCXXIII [a. C. 935, Febr. 16] sive mense Isfendarmed, die Murdad.

Postea Gilanenses Rhagi praefecturisque ad eam pertinentibus imperare perrexerunt VI annos, I mensem et aliquot dies, donec ad portam Rhagis pulsi cesserunt exercitui Chorassanico die Jovis, undevice-
۳۴۳ simo Rebi posterioris a. CCCXXIX [a. C. 941, Jan. 21] sive mense Dei, die Bad.

Omnino igitur Gilanenses, i. e. duae tribus Deilemitarum, quas supra commemoravimus, regnarunt IX annos, V menses et V dies, a quo tempore usque ad id, quo Dei benignissimo auxilio hic liber absolutus est, i. e. usque ad finem Djumadi posterioris a. CCCL [a. C. 961, Juli] exacti sunt XXI anni, II menses et X dies.

Finis.

Corrigenda et Addenda

in Tomo I.

Pag. ٣ lin. 13 لم يصحّ ان تلتبس vel لم تصلح conj. Fleischeri. — Pag. ۴ lin. 9 ترى conj. Fl. — Pag. ٩ lin. 1 بكور conj. Fl. — Pag. ٩ lin. 10 post الامم inser. جمع vel aliquid tale, conj. Fl. — Pag. ١٧ lin. 2 امر conj. Fl.; lin. 16 post الخميس inser. اول يوم conj. Fl. — Pag. ٢۴ lin. 10 فغبروا conj. Fl.; lin. 18 ويونجهان. — Pag. ٣٠ lin. 10 متأوّلين conj. Fl. — Pag. ٣٣ lin. 11 ante ما inser. على conj. Fl. — Pag. ٣٧ lin. 4 كراهيةً; lin. 17 زابولستان. — Pag. ٣٨ lin. 9 زروان. — Pag. ٣٩ lin. 4 بريده دنب. — Pag. ۴٠ lin. 3 يدعو بهم. — Pag. ۴١ lin. 10 post يتفرغون inser. به conj. Fl. — Pag. ۴٣ lin. 9 الحضر. — Pag. ۴۵ lin. 3 وعدولا; lin. 7 منتّه conj. Fl. — Pag. ۴٩ lin. 16 بهرشير. — Pag. ۴٧ lin. 15 اخريين conj. Fl. — Pag. ۴٨ lin. 6 انهارًا منها المشرقان. — Pag. ۵١ lin. 3 بقدسجان; lin. 4 المتملك. — Pag. ۵٢ lin. 3 ويسبيه. — Pag. ۵٣ lin. 2 وبذر; lin. 5 آزرباد; lin. 6 هرمز pro شابور. — Pag. ۵٩ lin. 3 حروان; lin. 4 احدهما; lin. 9 بلاشغر. — Pag. ۵٨ lin. 14

حد conj. Fl. — Pag. ٥٩ lin. 6 ظفروا جعلت; lin. 7 باخراج المحبوسين vel بالمحبوسين vel aliquid simile, conj. Fl.; lin. 12 خلّفت conj. Fl.; lin. 15 ونجت. — Pag. ٦١ lin. 4 النعمان; lin. 5 فاقتلعه; lin. 15 افزودشاه conj. Fl.; ib. زرابرودشاه. — Pag. ٦٢ lin. 13 قسيمة conj. Fl.; lin. 19 ظِئْرًا; ib. احتال conj. Fl.; lin. 20 وسار conj. Fl. — Pag. ٦٣ lin. 11 بتسلمه conj. Fl.; lin. 20 فقيل. — Pag. ٦٦ lin. 14 لغوص. — Pag. ٦٩ lin. 2 الثالث. — Pag. ٧١ lin. 19 اقتناء. — Pag. ٧٢ lin. 7 قيصرية; lin. 19 ثلثماية الف. — Pag. ٧٤ lin. 1 فاثارت conj. Fl.; lin. 4 السعى conj. Fl. — Pag. ٧٥ lin. 14 انجد. — Pag. ٨٠ lin. 11 اعلام pro عوام conj. Fl. — Pag. ٨١ lin. 18 مدامن conj. Fl. — Pag. ٨٣ lin. 18 جذام. — Pag. ٨٥ lin. 5 تسعماية. — Pag. ٨٩ lin. 8 اسرائيل. — Pag. ٨٨ lin. 20 فاحاط. — Pag. ٨٩ lin. 6 وشعبه. — Pag. ٩٠ lin. 6 للقائه. — Pag. ٩١ lin. 3 اربعون. — Pag. ٩٤ lin. 14 عدثان; lin. 19 dele بن ante القضاعى, aut scribe وبن فهم, conj. Fl. — Pag. ٩٥ lin. 6 سليح; lin. 17 آخذًا et بعمان. — Pag. ٩٦ lin. 3 جذيمة; lin. 11 وغاراته; lin. 12 منزلة conj. Fl.; lin. 13 جَازَ مَا. — Pag. ٩٨ lin. 1 يقرية pro يعمّ به; lin. 3 راى اردشير; lin. 4 واردوان conj. Fl.; ib. ويجلى; lin. 5 فرضى pro ينهض conj. Fl.; lin. 13 ابنى فهم ومالك بن زهير. — Pag. ٩٩ lin. 13 ملكه; lin.

15 في زمن. — Pag. ١٠٠ lin. 2 عامر conj. Gottw.; lin. 3 علم الاسدى conj. Gottw.; lin. 5 وفي. — Pag. ١٠١ lin. 3 et 6 حاجبا conj. Wüstenf. (Primae lin. p. 32); lin. 8 المحرّق. — Pag. ١٠٢ lin. 10 ينفك; lin. 17 اتى على النعمان. — Pag. ١٠٣ lin. 9 قال pro يقول; lin. 10 المنذر; lin. 11 الخورنق; lin. 12 سَرَّهُ; lin. 18 يزدجرد. — Pag. ١٠٥ lin. 2 et 6 الصنين. — Pag. ١٠٧ lin. 16 الحظائر ثم انه نزل الحرم. — Pag. ١٠٨ lin. 13 الوندقة. — Pag. ١٠٩ lin. 2 ante في ايام add. انه conj. Fl.; lin. 4 حَميرى et تُحكّه conj. Fl.; lin. 15 الاغلالا. — Pag. ١١٢ lin. 3 وبسبب; lin. 11 et 12 يقول لعشرين سنة مضت conj. Fl.; lin. 13 زادبه. — Pag. ١١٥ lin. 10 يريح عليك. — Pag. ١١٦ lin. 9 post العرم inser. مثلاً. — Pag. ١١٧ lin. 4 وصرح; lin. 13 ومصنعةً; lin. 16 وزرقا. — Pag. ١١٨ lin. 19 فصبّحن. — Pag. ١١٩ lin. 9 لعمرو. — Pag. ١٢١ lin. 4 وحَوْران; lin. 10 بينى; ib. القبر بين conj. Fl.; lin. 12 وغرّهم conj. Fl. — Pag. ١٢٣ lin. 4 الازملن; lin. 6 غامرهم. — Pag. ١٢٥ lin. 1 dele لبيد; lin. 5 أَبرَهَةُ; lin. 8 وثمانين. — Pag. ١٢٧ lin. 10 post مصنعة inser. لشمر. — Pag. ١٢٩ lin. 8 ultimum verbum كرب; lin. 15 فانه conj. Fl.; lin. 18 ante طوائف add. ملوك conj. Fl. — Pag. ١٣١ lin. 4 et

17 عبد كلال; lin. 10 فملك ابن. — Pag. ١٣٣ lin. 18 pro يعرف conj. Reisk. يحرق, Fl. يقذف. — Pag. ١٣٤ lin. 4 مع vel في pro من conj. Fl. — Pag. ١٣٥ lin. 2 بن del.; lin. 6 وتفاقم. — Pag. ١٣٦ lin. 1 وللذبى. — Pag. ١٣٧ lin. 8 يفضل conj. Fl. — Pag. ١٣٨ lin. 4 التغلبية; lin. 16 الحد واذا. — Pag. ١٤٠ lin. 2 post عمرو inser. بن; lin. 6 يومئذ; lin. 18 العرب pro اليمن. — Pag. ١٤١ lin. 5 ante زوال inscr. بعد; lin. 15 تنقسم. — Pag. ١٤٢ lin. 19 اذذاك pro وهو. — Pag. ١٤٣ lin. 5 بَعَث; lin. 19 فارّخت. — Pag. ١٤٤ lin. 4 ابن del.; lin. 10 وموت; lin. 14 وزمان; lin. 17 الصخر. — Pag. ١٤٥ lin. 4 post ابن inser. ابى. — Pag. ١٤٧ lin. 1 شهر. — Pag. ١٤٨ lin. 14 كان على رأس عشرين. — Pag. ١٤٩ lin. 6 سنة; lin. 17 زادويه; lin. 19 ولثلث. — Pag. ١٥١ lin. 12 بهرشير; lin. 16 بقسّ الناطق; lin. 17 et 20 عبيدة. — Pag. ١٥٢ lin. 7 بجيلة; lin. 16 منها pro فيها; lin. 20 وقاص. — Pag. ١٥٣ lin. 5 بماه. — Pag. ١٥٤ lin. 7 ante عبد inser. محمد بن; lin. 16 للاذعان. — Pag. ١٥٥ lin. 16 كان pro ذن. — Pag. ١٥٧ lin. 15 ويومان. — Pag. ١٥٨ lin. 16 يوما. — Pag. ١٨٧ lin. 16 على pro الى conj. Fl. — Pag. ١٨٨ lin. 9 من pro الى conj. Gottw. — Pag. ١٩٠ lin. 2 المشرق; lin. 17 الصراة pro الصلة conj. Fl. — Pag. ١٩١ lin. 13 بغرق. — Pag. ١٩٢ lin. 5 عشروا conj. Fl. — Pag. ١٩٣ lin. 6 وعشرين et الناس; lin. 15 ثلجة; lin. 18

et 19 الـصـرّ conj. Fl.; lin. 20 غبر conj. Fl. — Pag. ١٩٤ lin. 5 post بعضهن inser. على بعض. — Pag. ١٩٥ lin. 3 وتـصـبـح تلقط conj. Fl.; lin. 12 عـامـة; lin. 15 فـطـرأت; lin. 20 فتعدّت. — Pag. ١٩٦ lin. 6 مع pro صـرح; lin. 16 الـواحـدة conj. Fl. — Pag. ١٩٧ lin. 6 يُـدَّون; lin. 15 مـلـوك الفرس pro الملوك; lin. 16 بـقـائـهـا; lin. 17 عليها. — Pag. ١٩٨ lin. 8 فاستقصَوْا conj. Fl.; lin. 13 فيها conj. Fl.; lin. 17 بانيها pro ياتيها; lin. 18 بـسـنـيـن conj. Fl. — Pag. ٢٠٠ lin. 9 الـكـلـدانـيـيـن; lin. 12 انـمـا pro لما conj. Fl.; lin. 16 استخرجوا sine و conj. Fl. — Pag. ٢٠١ lin. 3 تصحّ; lin. 7 فـعـثـر مـنـه عـلى conj. Fl.; lin. 11 الكثيرة et التى لا يهتدى. — Pag. ٢٠٢ lin. 3 جـمـلـة et اذ; lin. 18 الـخـطـيـبـان; lin. 19 بآجُرّ conj. Fl. — Pag. ٢٠٣ lin. 12 استبراد conj. Fl. — Pag. ٢٠٤ lin. 10 السلطان. — Pag. ٢٠٥ lin. 1 وقصدوا القصر; lin. 6 جامعها; lin. 16 الخطاب. — Pag. ٢٠٦ lin. 1 فامر pro فاخذ conj. Fl.; lin. 20 وقاتلوه. — Pag. ٢٠٧ lin. 2 جعفر. — Pag. ٢٠٨ lin. 1 سبع عشرة; lin. 15 ودفع. — Pag. ٢٠٩ lin. 1 والمطابق conj. Fl.; lin. 5 منه; lin. 7 et 8 القراونة; lin. 9 واستخبث conj. Fl.; lin. 15 نجاح conj. Fl. — Pag. ٢١٠ lin. 12 واستفحل. — Pag. ٢١١ lin. 10 وطفت. — Pag. ٢١٢ lin. 9 الحجابة conj. Fl. — Pag. ٢١٣ lin. 4 الجصاص conj. Gottw.; lin. 18 ابن. —

Pag. ٣١٤ lin. 2 الكرخ et وامتنع ; lin. 3 الخراج ; lin. 7 بالعويل ; lin. 9 استعرضهم ووقع ; الجبلى ; lin. 14 وقطعوا conj. Fl. — Pag. ٣١٥ lin. 4 وكثر pro وكرا ; lin. 14 في del. conj. Fl.; lin. 16 الدعار. — Pag. ٣١٦ lin. 1 تعقب ; lin. 12 post الفضل inser. مقصوزا ; lin. 20 فلانّهم conj. Fl. — Pag. ٣١٧ lin. 2 كان ; lin. 5 حيطانه ; lin. 8 ante النّبى add. حرم ; lin. 9 شهروا pro سبوا ; lin. 12 بسبى ; ib. وصوّروهم conj. Fl.; lin. 13 بصورة conj. Fl.; lin. 18 نبّا. — Pag. ٣١٨ lin. 1 ناجيتهم ويبغّضونهم ; lin. 8 للبريديين ; lin. 15 وترك pro ونزل conj. Fl. — Pag. ٣٢٠ lin. 12 بالدندانقان. — Pag. ٣٢٢ lin. 4 حتى pro حيث. — Pag. ٣٢٣ lin. 19 الفضل ; lin. 20 الجبل. — Pag. ٣٢٥ lin. 19 ودنباوند. — Pag. ٣٢٦ lin. 1 وفى ; lin. 6 على pro الى ; lin. 16 تسمّى. — Pag. ٣٢٧ lin. 10 et 18 ودنباوند ; lin. 17 post وكرمان inser. وجرجان ; lin. 19 لولايته. — Pag. ٣٢٨ lin. 15 بترصيه. — Pag. ٣٢٩ lin. 5 وتسليمه ; lin. 8 لمحاربة. — Pag. ٣٣٠ lin. 2 et 10 الجبل ; lin. 14 خمس ; lin. 20 ومايتين del. — Pag. ٣٣٢ lin. 5 اضطربت ; lin. 7 post رجل inser. من ; lin. 16 اهل بست عليها. — Pag. ٣٣٣ lin. 2 خرج ; lin. 17 تتخلص. — Pag. ٣٣٤ lin. 2 عزل ; lin. 4 اغتنمت conj. Fl.; lin. 5 post اما inser. ما ; lin. 12 وبوزجان pro وخوزجان ; lin. 15 وزجال conj. Fl.; lin. 16 فارتبك et ينفذ ;

lin. 19 وخرج. — Pag. ٢٣٥ lin. 1 ونفذ; lin. 7 خوزستان pro خراسان; lin. 15 الخجستاني; lin. 19 فعزت pro فقرت. — Pag. ٢٣٦ lin. 17 وابن; lin. 19 ان. — Pag. ٢٣٧ lin. 10 رحل; lin. 17 آل طاهر vel الطاهرية pro الطاهر conj. Fl. — Pag. ٢٣٨ lin. 3 باحدى lin. 5 خوزستان pro سورستان conj. Fl.; lin. 11 لما sine و conj. Fl.; lin. 13 موضعا; lin. 17 يشتغل به conj. Fl.; lin. 18 post العباس inser. في; ib. امتلاء pro علينا conj. Fl. — Pag. ٢٣٩ lin. 1 تنقلب; lin. 2 تتقرر et بنو; lin. 3 وافتتحت; lin. 5 اقلقه. — Pag. ٢٤٠ lin. 15 post الديلم inser. فاقام بها اربع عشرة سنة يدعو الديلم; lin. 18 بجالوس. — Pag. ٢٤١ lin. 9 et 18 الجيلي. — Pag. ٢٤٢ lin. 6 شيرزيل. — Pag. ٢٤٣ lin. 2 ما كان del. conj. Fl.

Corrigenda et Addenda

in Tomo II.

Pag. 5 l. 6—8 „quando igitur — oportere“ scr. quomodo igitur rationem nobis parabimus, qua illud certo ordini adstringamus? Responsum est, eam ex Persarum institutis cognoscendam esse.

Pag. 7 l. 15—19 „errorem — apparuerunt“ scr. corruptelas autem irrepere eo quod anni hujus illius populi cumulentur in magnam temporum summam, cujus dies in longam seriem excurrant: hanc igitur summam, cum e libro in librum aut e lingua in linguam transferatur, addendo aut demendo corrumpi.

Pag. 12 l. 18 „diei Jovis Moharremi“ scr. diei Jovis, primi diei Moharremi (conj. Fl.).

Pag. 15 l. 18 „Babylone capta“ scr. Babylonia subacta.

Pag. 17 l. antepen. dele comma inter „regibus“ et „annos“.

Pag. 18 l. 5 „mater Darae“ scr. quae cum regnum capesseret, Daram utero gerebat.

Pag. 21 l. 14 „haberunt“ scr. habuerunt.

Pag. 23 l. 15 et 16 „succos — extraxit“ scr. plantas reperire docuit, quae noxas a corporibus animantium repellunt (conj. Fl.).

Pag. 25 l. ult. „Hierosolymarum“ scr. Hierosolymorum.

Pag. 26 l. 7 „Adjerbeidjanensis“ scr. Adzerbeidjanensis.

Pag. 27 l. 5 ab inf. dele comma inter „Teimera“ et „Ispahanensis“.

Pag. 29 l. 4 et 3 ab inf. „ad eos — fuerint“ scr. ad incolas Occidentis advertere, procul ab iis habitantes.

Pag. 30 l. 19 „Udsran“ scr. Adzeran.

Pag. 31 l. 17 et 18 „transferendum“ scr. transferendam.

Pag. 34 l. 5 „Rav“ scr. Ram.

Pag. 41 l. 21 „Balaschazz“ scr. Balaschghar.

Pag. 44 l. 19 dele comma inter „vobis“ et „eligere“.

Pag. 45 l. 4 ab inf. „Afrudschah“ scr. Afzudschah (conj. Fl.).

Pag. 47 l. 18 „de prehenduntur“ scr. deprehenduntur.

Pag. 54 l. ult. „tribus“ scr. trecentis.

Pag. 57 l. 6 et 7 „quibus“ scr. in quibus.

Pag. 75 l. 17 „Hassan, filii Tharab“ scr. Tharab, filii Hassan.

Pag. 78 l. 7 „Amr“ scr. Amir (conj. Gottw.). Ib. „Amr Azditae“ scr. Amir Asaditae (conj. Gottw.).

Pag. 84 l. 8 „minore cautione uteretur“ scr. sacrum agrum Meccanum invasisset.

Pag. 91 l. 2 „Thalaba“ scr. Thalabae.

Pag. 100 l. 22 post „aedificio“ adde: a Schamir condito.

Pag. 107 l. 1 „annorum“ scr. annos.

Pag. 121 l. 13 et 14 „Nahrsir“ scr. Bahrschir.

Pag. 144 l. 18 „Ad Ahvaz“ scr. Ex Ahvaz (conj. Gottw.).

Pag. 146 l. 10 „Sila“ scr. Saratem (conj. Fl.).

Pag. 147 l. 19 „catenis religata“ scr. in canistris reposita.

Pag. 150 l. 4 ab inf. „Ischnad“ scr. Aschtad.

Pag. 152 lin. 3 „fagi“ scr. betulae.

Pag. 156 l. 1 post „factus erat.“ adde: Hinc tandem pretia frugum ibi admodum aucta sunt, et

non solum vulgo, sed etiam plerisque procerum perdifficile fuit victum sibi parare.

Pag. 174 l. 6 et 7 „regioni Al Djebel“ scr. nomis Gilanensibus.

LIPSIAE TYPIS GUIL. VOGELII FILII.

emma.

na.

Amr

Mavia * Caab

Hind ***

Va

ظالم Th

Maria H

ود ذات القرطين ia Aqua Coelorum vid. Tab. II.

15 Harith صاحب يوم † die Halima.

Salma

Hind . Mondzir IV. 19. Noman III.

20. Mondzir V Deceptus.

hmitis conjuncti erant.

—

Allah

edj

Dhachian

Menat

ham.

———————Auf

s.	Mavia.	Coleib.	Adi Almohalhil.
at.	uxor Imrul-cais III.	† in bello Bassûs	† post diem قضة

Corrigenda et Addenda

in Tomo II.

Pag. 5 l. 6—8 „quando igitur — oportere" scr. quomodo igitur rationem nobis parabimus, qua illud certo ordini adstringamus? Responsum est, eam ex Persarum institutis cognoscendam esse.

Pag. 7 l. 15—19 „errorem — apparuerunt" scr. corruptelas autem irrepere eo quod anni hujus illius populi cumulentur in magnam temporum summam, cujus dies in longam seriem excurrant: hanc igitur summam, cum e libro in librum aut e lingua in linguam transferatur, addendo aut demendo corrumpi.

Pag. 12 l. 18 „diei Jovis Moharremi" scr. diei Jovis, primi diei Moharremi (conj. Fl.).

Pag. 15 l. 18 „Babylone capta" scr. Babylonia subacta.

Pag. 17 l. antepen. dele comma inter „regibus" et „annos".

Pag. 18 l. 5 „mater Darae" scr. quae cum regnum capesseret, Daram utero gerebat.

Pag. 21 l. 14 „haberunt" scr. habuerunt.

Pag. 23 l. 15 et 16 „succos — extraxit" scr. plantas reperire docuit, quae noxas a corporibus animantium repellunt (conj. Fl.).

Pag. 25 l. ult. „Hierosolymarum" scr. Hierosolymorum.

Pag. 26 l. 7 „Adjerbeidjanensis" scr. Adzerbeidjanensis.

Pag. 27 l. 5 ab inf. dele comma inter „Teimera" et „Ispahanensis".
Pag. 29 l. 4 et 3 ab inf. „ad eos — fuerint" scr. ad incolas Occidentis advertere, procul ab iis habitantes.
Pag. 30 l. 19 „Udsran" scr. Adzeran.
Pag. 31 l. 17 et 18 „transferendum" scr. transferendam.
Pag. 34 l. 5 „Rav" scr. Ram.
Pag. 41 l. 21 „Balaschazz" scr. Balaschghar.
Pag. 44 l. 19 dele comma inter „vobis" et „eligere".
Pag. 45 l. 4 ab inf. „Afrudschah" scr. Afzudschah (conj. Fl.).
Pag. 47 l. 18 „de prehenduntur" scr. deprehenduntur.
Pag. 54 l. ult. „tribus" scr. trecentis.
Pag. 57 l. 6 et 7 „quibus" scr. in quibus.
Pag. 75 l. 17 „Hassan, filii Tharab" scr. Tharab, filii Hassan.
Pag. 78 l. 7 „Amr" scr. Amir (conj. Gottw.). Ib. „Amr Azditae" scr. Amir Asaditae (conj. Gottw.).
Pag. 84 l. 8 „minore cautione uteretur" scr. sacrum agrum Meccanum invasisset.
Pag. 91 l. 2 „Thalaba" scr. Thalabae.
Pag. 100 l. 22 post „aedificio" adde: a Schamir condito.
Pag. 107 l. 1 „annorum" scr. annos.
Pag. 121 l. 13 et 14 „Nahrsir" scr. Bahrschir.
Pag. 144 l. 18 „Ad Ahvaz" scr. Ex Ahvaz (conj. Gottw.).
Pag. 146 l. 10 „Sila" scr. Saratem (conj. Fl.).
Pag. 147 l. 19 „catenis religata" scr. in canistris reposita.
Pag. 150 l. 4 ab inf. „Ischnad" scr. Aschtad.
Pag. 152 lin. 3 „fagi" scr. betulae.
Pag. 156 l. 1 post „factus erat." adde: Hinc tandem pretia frugum ibi admodum aucta sunt, et

non solum vulgo, sed etiam plerisque procerum perdifficile fuit victum sibi parare.

Pag. 174 l. 6 et 7 „regioni Al Djebel“ scr. nomis Gilanensibus.

LIPSIAE TYPIS GUIL. VOGELII FILII.

temma.

na.

Amr

Mavia * Caab

Hind ***

Va

ظالم Th

Maria H

د ذات القرطين

via Aqua Coelorum vid. Tab. II.

15 Harith صاحب يوم † die Halima.

Salma

Hind 18. Mondzir IV. 19. Noman III.

20. Mondzir V Deceptus.

hmitis conjuncti erant.

Allah

edj

Dhachian

Menat

ham.

Auf

.	Mavia.	Coleib.	Adi Almohalhil.
at.	uxor Imrul-cais III.	† in bello Bassûs	† post diem قضة